

• Compendiū theologie

Deliberat^o dici aut reputari. qz vt ex iam dictis apparet/añ sufficientē deliberatō/nem debitāq; piculi z pcti aduertētiā seu aīaduersionē. z sic anteq; (vt iam dictū ē) ipsa ratio inferior ad suū ppiū actū q̄ est deliberari z rōcinari debite recurreret/legesq; seu reglas hūanas quib; innitit cōsulere. vel forsan anteq; naturā z grauedinē ipsius piculi z pcti plene cognosceret z aduerteret. talis ei^o imozatio talisq; iproprius z ipfectus p̄sensus cōtigit. q̄ oīa tñ dicitā ipsius rōnis inferioris imozatōez dicitūq; impropriū z ipfectū precedere debuissent. z omīno necessaria sunt aīq; talis eius imozatio talisq; cōsensus dici possit dicitūq; debeat verus z pfect^o esse. ex inde pctm̄ mortale p̄tingere posse. Hec etiā in isto casu respectu ipsi^o supioris rōnis debet talis illecebra seu delectatō morosa/mora consensus reputari. Quia vt sepe in simili supra tactū est. ex q̄ ipa ratō inferior q; sic circa talem illecebrā seu carnalem delectatōem imozet/facit q̄si suspensa z nō bñ aduertēs nec debite añ talem imozatōem ad suū propriū actum q̄ est deliberari ratiocinari. recurrēs se q; piculū seu peccatū quod iminebat z incūbebat considerādo z attendēdo. leges q; seu regulas humanas q̄bus innitit cōsulendo eleuās a minori d; dici ad iudiciū supioris rōnis que altior z sublimior est eam scilz cōsulendo recurrisse z se eleuasse. Et sic nō mirū si ipa rō supior/que de se z p se circa tales actus carnales z terrenos nō intendit/ nec se sp̄ ex se ipa circa eas leges seu regulas diuinas z eternas cōsulēdo applicat. q̄si suspēsa z nō bñ aduertēs z sic indeliberata z p consequēs nec vere nec interpretatiue cōsentēs debz in hoc casu dici z reputari. Et iā vt iā tactū est natura istius q̄rti modi seu istius q̄rte qlitatis se habēdi rōnis/vt videre claz est/hoc de se habet z importat. cū exp̄sse importet rōnem inferiorē circa talem illecebrā seu carnalem delectatōez ante sufficientē deliberatōem debitāq; aduertentiā seu aīaduersionē piculi z peccati quod exinde imminet z incūbit/imozatā esse. Nā si poneret ipa rō inferior sic post sufficientē deliberatōem. debitāq; aduertentiā piculi z peccati imozata fuisse. iā vt in simili statū tactū est nō iste q̄rtus mod^o seu ista q̄rta qlitas se habēdi ipsius rōnis esset. sed vnus

duoz modozū seu qlitatū immediate explicatoz. scz vel sextus vel q̄ntus: Et intelligant hec oīa hic statū supra p̄dictorum sex modozū seu sex qlitatū se circa delectationē habēdi ipsius rōnis tractata principaliter de consensu in delectatōem cogitatis. i. q̄ habet cogitādo. Nā talis consensus (vt sepe supra tactū est) principaliter ad rōem inferiorē p̄tinet sicut ad ipam p̄tinet cogitare. i. act^o ipse cogitōnis. z etiā ad ipm̄ qd̄ est cogitare vel non cogitare in q̄ntū accipit vt ad illā actōem ordinat. Quod notāter d;: Nā est quēdā aliū cōsensum in delectatōem repire. s. in delectatōez actus seu opis. maxime dū ille actus seu illd̄ opus est in fieri. q̄ consensus in talē delectatōem sicut z ipē cōsensus in illum actū seu op^o/ad solā rōnem supiorē spectat z non ad inferiorē.

Utrū cōsensus in

delectatōem sit semp peccatum. z quod:

Quia in supius tractatis z sp̄a liter modicū supra/ in declaratione sex modozū seu sex qlitatū/ se circa delectatōem habēdi ipsius rōnis/sepe de cōsensu in delectatōez facta est mentio/interdūq; tactū quō consensus etiā verus z deliberatus. z etiā ipsius rōnis supioris in delectatōem/nō sp̄ est pctm̄ mortale. Pro hui^o necnō aliquorū ex precedētib; maiori declaratōe. q̄nq; rememorāda z aduertēda veniūt. **P**riūm q; oīs delectatio habz aliqd̄ propriū z principale obiectū/circa qd̄ fert z versat. Hec eni aliter vt clarū est possit delectatō causari z haberi. si nō circa aliqd̄ principaliter ferret z versaret. **S**cōm qd̄ etiā iuxta dictū phi/omīs delectatō siue sit in appetitu sensitiuo. siue in appetitu intellectiuo. siue (vt modicū supra tactū est) sit in cogitādo solū. siue in actu seu executōne actus/aliquā opatōez cōsequit. Etenim (vt in supiorib; declaratū est) omīs delectatio/ex triū concursu causari h; z causatur. scz ex boni z conueniēs p vim appetitiuam adeptōe. z ad eā applicatione. pro ut scz tale bonū z cōueniēs/sentit vel q̄litercūq; percipitur. que duo sunt. scz ipm̄ bonū z conueniēs qd̄ sic sentit z percipit. z ipa vis appetitiua que sic illud sentit z appetit z tertij. scz cognitōis talis adeptōis z applicatōis. Nūc igit ad propositum

clarum est istud fieri nō posse. qn primo! (vt iam tactum est) ibi sit aliqd propriū z principale obiectū scz illud bonū z cōueniens qd sic adipiscit̄ z applicat̄. qn etiā scdo ibi sit aliqua opatio scz tā illa ipius boni z conueniētis adeptio z applicatio que sine aliqua opatiōe fieri nō potest. qz etiā ipius actualis talis adeptiois z applicatiōis cognitio q̄ etiā quedā opatio est. imo ipsa propria opatio eē dese qdā bonū z conueniēs est. Exēpli gratia. Delectat̄ aliquis in visione alicui⁹ rei pulcre. vel in gustu alicui⁹ rei sapide seu saporose. vel in rememoratōe alicui⁹ magni honoris habiti. vel aliqua simili cogitatōe clarū est in tali delectatiōe tria cōcurrere. scz Primo ipam rem que sic delectabiliter videtur vel gustat̄ vel rememorat̄ vel cogitatur. z illa est illius delectatiōis propriū z principale obiectū. Scdo ipam vim appetitiuā. que p̄ quandā opatiōem vtputa talem visionē. gustationē rememoratōez vel cogitatōnem/illā rem tanqz suū obiectum cōplacētē adipiscit̄ z sibi applicatum habz z in eo quietat̄. Et tertio cognitionē illius adeptiois z applicatiōis. q̄ si nō interueniret nulla pprie esset delectatō vt satis in superiorib⁹ exēplificatū est de infantib⁹ z insensatis. Ex quib⁹ iterū videri potest. quō delectatio qliber/ pōt ad duo compari seu referri. vel scz ad illō propriū z principale obiectū circa qd vel in q̄ sic versat̄. vel ad illā opatiōem quā sic cōsequit̄. Tertio aduertendū. qz etiā ipse cōsensus in delectatiōem/qui multū ampli⁹ qz ipsa sola delectatio ponit̄ importat. qz (vt in superioribus pluries tactū est) ipi rationi semp attribuit̄. consequēter etiā si int̄ueniat/quandā aliā ipius rōnis opatiōez scz quandā diiudicatōem seu rōcinatōez. Nec enī (vt claz est) ratio ipsa in delectatiōe aliquā cōsentire posset. nisi p̄us ei⁹ apprehensionē de ea quodāmodo diiudicaret seu rōcinaret. Ista aut̄ diiudicatio seu rōcinatio/nō est aliud nisi quidā ipsius ratiōis act⁹ interior in mente existēs/qui pprie fieri nō potest nisi per modū cuiusdā cogitatōis seu meditatiōis. que in hoc pposito pro eodē accipiūt̄ z reputāt̄. Et hinc est qz talis ipius rōnis diiudicatio seu rōcinatio/valde frequēter z q̄ si cōiter cogitatio dicit̄ z appellat̄. imo vt modicū supra tactū est/quādo consensus

in delectatiōem principaliter rōni inferiori attribuit̄. intelligēdum est de delectatiōne que est in cogitatōe z nō de illa q̄ inest actu seu actus executōe. **¶** Quartū aduertendū qz quādoqz cōtingere potest/qz aliqua opatio erit metipm̄ propriū z principale delectatiōis obiectū. sicut posset esse aliq̄ alia res ab extra. qz forsan illa opatio (vt iam tactū est) accipiet̄ a rōne vt bonū z finis in aliquo aliqz delectatōe reque sc̄at. iuxta exēplū iam positū. cogitabit aliquis de aliq̄ magna complacētia quā alias habuerit/vel in visione alicui⁹ rei pulcre. vel in gustatiōe alicui⁹ rei sapide vel hmōi. z in ista cogitatōe seu rememoratōe delectabit̄. certū z clarū est qz ista delectatio habet pro suo proprio principali obiecto/illā opatiōem que sic cogitatur rememorat̄. scz illā visionē vel illam gustatiōem vel hmōi. **¶** Quintū aduertendū qz ampli⁹ cōtingere potest scilz qz illa metipria opatio quā defacto ipsa delectatio consequet̄/erit propriū z principale illi⁹ met delectatiōis obiectū. scilicet vis anime appetitiua cui⁹ est proprie delectari in illam opatiōem sicut in quodā sibi bonū z cōueniēs complacēdo reflectet̄. Ut gratia exēpli iuxta casum/ iam supra tactū cogitabit aliquis rememorando de aliq̄ magna complacētia quā alias in aliqua re vel in aliqua opatiōe habuerit. z in ista cogitatōe seu rememoratōe delectabit̄ nō quidē qz illam delectatiōem quā sic habebat reflectat in illā rem seu in illā opatiōem de q̄ sic cogitabat. sed in ipam p̄pria met cogitatōem quā sic habebit. vtputa quia delectabit̄ ex eo solum qz sic cogitat. vel quod sic rememorat̄. certū z clarum est/qz in isto casu/ ista delectatio habet pro suo proprio z principali obiecto ipammet cogitatōem circa quā versatur. **¶** Hūc igit̄ predicta ad ppositū applicando. Triplex reperitur cuiuslibet delectatiōis/propriū z principale obiectū. Aut enim delectatō sic aliquā (vt semp fieri iā tactum est) opatiōe sequens. Et vt fmo p̄ aliquod p̄ticulare exēplū z qz iuxta supra tacta cōmunius contigit/ clarius p̄cedat/ponatur. iuxta casum iā pluries superius tactū. qz aliquā cogitatōem consequat̄. **¶** Aut igitur talis delectatio habz pro suo proprio z principali obiecto/ aliq̄ rem ab extra que tunc forsan cogitat̄

Compendiū theologie

Aut habet pro suo proprio et principali obiecto/aliquā aliā opatiōez quasi rem q̄ cogitat. Aut habet pro suo proprio et principali obiecto ipammet cogitatiōez circa quā actualiter versat. ¶ Si primo modo q̄ sc̄z delectatō illa sic cogitatōem aliquā consequēs pra suo proprio et principali obiecto habeat rem aliquā ab extra q̄ cogitatur/sic sc̄z/q̄ licet talis delectatio circa illam cogitationē verset. non tamen ex principali ipsius cogitatiōis intuitu. nec in sola reflexione ad eam. sed principali intuitu/principaliq̄ reflexione/in ipam rē que sic cogitat. Et tunc quādo talis delectatio et etiā consensus in actum peccatū sit et quale/satis ex eis que modicū supra circa naturā ipsius delectatiōis tractata sunt/perpēdi potest cōsiderando sc̄lz (vt ibi tactum est) an talis delectatio sit naturalis. an voluntaria. et an sit circa rem licitā aut illicitam. et an sit moderata aut imoderata. et an talis cōsensus sit verus et expressus. aut interpretatiuus et equiuales et an sit ipsius rationis superioris vel solū inferioris. et hmoi que ibi diffuse explicata sunt. ¶ Si vero secūdo modo. q̄ sc̄z illa delectatio p suo proprio et principali obiecto habeat aliquā aliā opatiōem que cogitat. sic sc̄lz q̄ q̄uis vt iam statim tactum est/talis delectatio circa talem cogitationē versetur. nō tamen ex principali ipsius cogitatiōis intuitu. nec in sola reflexione ad eam/sed principali intuitu/principaliq̄ reflexione in ipam aliā opatiōem que sic cogitat. Et tunc si talis opatiō sic cogitata que est propriū et principale obiectum illius delectatiōis/sit de se peccati veniale. tunc cōsensus etiā verus et deliberatus in talem delectatiōem que sic circa talem delectatiōem versatur nō erit nisi veniale peccatū. Si autē illa opatiō sic cogitata que est propriū et principale obiectum illius delectatiōis/sit peccatū mortale. tūc etiā consensus verus et deliberatus in delectatiōem que sic circa talem cogitatiōem versatur/etiā si tunc iuxta quod modicū supra declaratū est nō assit voluntas deliberata perficiendi actū si facultas adesset erit peccatū mortale. quia q̄ homo in cogitatione talis opatiōis principali eius intuitu/principaliq̄ reflexione in eā delectet/non cōtingit nisi ex eo q̄ eius affectus seu appetitus est in illā opatiōem sic

cogitatā inclinatus. Et ideo etiā q̄ in talem delectatiōem cōsentiat/nihil aliud est q̄ q̄ ipse ex deliberatiōe eligat seu in hoc consentiat. q̄ affectus suus seu appetitus in illam opatiōem sic cogitatā inclinatus pmaneat et persistat. Nullus enī delectat nisi in eo q̄ suo affectui seu appetitui est conforme. Ex autē aliquis ex deliberatiōne eligat seu consentiat q̄ affectus suus seu appetitus his que peccata mortalia sunt conforme/ est peccatū mortale. Et ideo talis cōsensus in talem delectatiōem que circa cogitatiōem opatiōis peccati mortalis tali respectu versatur/est peccatū mortale. ¶ Si vero tertio modo. q̄ sc̄lz illa delectatio pro suo proprio et principali obiecto/habeat ipammet cogitatiōem circa quā actualiter versat. sic sc̄z q̄ ipsa delectatio circa talem cogitatiōem feratur in se principaliq̄ ipsius cogitatiōis intuitu/principaliq̄ reflexione in eam. vt puta iuxta supra tacta. q̄ quis in talem cogitatiōem ex eo solum q̄ sic cogitat delectetur. Et tūc quia talis cogitatiō etiā si versetur circa rem aut opatiōem que de se peccatum mortale existat. nō est tamē de se peccatū mortale. immo vel veniale tantū. Vt puta. cum aliquis vt interdū cōtingit/vane et inutiliter cogitat. vel omnino sine peccato. vt puta cum aliquis vtiliter. sicut p predicando vel disputando de tali re vel opatiōe cogitat. ideo consensus etiā verus et deliberatus in talem delectatiōem/nō est peccatum mortale. sed solum iuxta quod iam tactū est. vel veniale tantū vel nullum. Quia q̄ homo etiā ex deliberatiōne suum affectū seu appetitū in his que de se peccata nō sunt. vel nō nisi venialia eligat vel consentiat esse inclinatus. nō potest esse peccatū mortale de se. nisi alie circumstantie concurrerent. quia cogitatio quecumq̄ sit in seipam solum reflexa nisi alia vt iam tactū est cōcurrerēt/nūq̄ de se et fm se est peccatū mortale. ¶ Et quia istud nō nullis posset aliqualit̄ intricatū seu obscurum videri. Ad clariorem intelligentiam exemplificāt doctores respectu duorum vltimorū mēbrorū istius distinctionis hic immediate supra posite de cogitatione fornicatiōis. Et enī vt dicunt cogitans de operatiōe seu actu fornicatiōis. sic cogitando/duobus principaliter respectibus delectari potest. Aut enim

sic cogitando / in ipsa sua cogitatione delectabitur in respectu et reflexione ad ipsum actum seu ipsam operationem fornicationis. quam sic cogitat. sic scilicet quod principali intuitu talis operationis fornicationis. principali quod reflexione in eam in tali cogitatione delectatur. Aut sic cogitando in ipsa cogitatione delectatur / solo respectu solaque reflexione in ipsam suam cogitationem. ex eo solum scilicet delectatus quod sic cogitat. Si primo modo: tunc consensus deliberatus in talem delectationem que sic super tali cogitatione fornicationis versatur / etiam si desit voluntas deliberata perficienti actum / est peccatum mortale. quia talis consensus iuxta quod statim supra declaratum est / nihil aliud est quam ex deliberatione quis eligat seu consentiat quod affectus suus / seu appetitus permaneat et persistat inclinatus in fornicationem. quod est peccatum mortale. cum fornicatio de se peccatum mortale existat. Et deliberatione etenim (ut sepe supra tactum est) eligere seu consentire / quod affectus suus seu appetitus permaneat et persistat inclinatus in aliquid. seu conformetur alicui quod de se peccatum mortale existit. est peccatum mortale. Si secundo modo delectetur. cum talis cogitatio de se et secundum se non sit peccatum mortale. immo / ut supra tactum est possit utiliter ut pro predicando vel disputando de fornicatione haberi. sic nec etiam consensus deliberatus in talem delectationem / erit peccatum mortale. sed veniale tantum. vel forsan nullum. quia ut etiam sepe supra tactum est / ex deliberatione eligere seu consentire affectum suum seu appetitum esse inclinatum in aliquid / seu conforme alicui. quod de se et secundum se peccatum mortale non existat. non est etiam mortale peccatum. Et propter ista in declaratione ultimi sex modorum seu sex qualitatum se circa delectationem habendi ipsius rationis supra positorum / notanter addita est illa clausula. maxime si feratur ille consensus in ipsam illecebram seu carnalem delectationem / tanquam in rem aut operationem / seu actum super quo vel circa quem ipsa illecebra seu carnalis delectatio sic insurgit et versatur. et qui talis illecebre seu carnalis delectationis esset principale obiectum ut est ibi videre. Et intelligantur semper in omnibus premissis iuxta quod late in modicum supra tactis declaratum est.

consensus verus et deliberatus esse. quando scilicet ratio superior in huiusmodi delectationibus expresse consentiendo concurrat. vel eas post sufficientem deliberationem debitamque advertentiam seu animadvertionem periculi et peccati quod inde imminet et incumbit reprimere negligit. Et hec quo ad ea que circa materiam delectationis et consensus in eam. an scilicet et quando et qualia peccata existant / ex dictis doctorum quantum ad hunc tractatum spectare et sufficere visum est / recolligi et dici potuerunt.

De consensu in actu an sit peccatum. et quod.

B

Quia vero prout in superioribus ubi de hac presenti materia scilicet de natura primorum motuum delectationis et consensus in actum peccati tractari incepit / actum est. licet iam proxime monstratum est possit circa consensum deliberatum in delectationem peccati mortale formaliter insurgere et contingere. Immo communius iuxta tamen modificationes modicum supra positas / insurgat et contingat. non propter ea tamen in tali consensu in delectationem adeo est completa tentatio / quin ulterius progredi possit scilicet usque ad ipsum consensum in actum exteriorum. immo in ipso solo consensu in actum exteriorum dicatur tentatio suppleri. ultraque progredi non posse. cum non videatur quid ultra consensum in actum exteriorum ipsa tentatio operari posset. propter istud et etiam servando ordinem predispositum / post expositionem et declarationem nature et qualitatis ipsorum primorum motuum / ipsiusque delectationis. venit aliquantulum de natura et qualitate ipsius consensus in actum tractandum et declarandum. Circa quod primo rememorandum venit. quod iam modicum supra scilicet de ipsa delectatione et de consensu in ea. cui parti rationis attribuantur tractatum est aliquid liter tangi incepit. scilicet quod consensus in actum seu actus executionem / semper rationi superiori attribuitur. secundum tamen quod in ipsa ratione voluntas includitur. propter quod iuxta superius tacta consensus ille voluntari dicitur. Et causa est. quia iam ibi etiam aliquantulum apertum incepit. Cum enim consensus in aliquid / de se importet vel presupponat

Compendiū Theologie

quoddā iudiciū de eo in quod sic cōsenti-
tur. nec enī aliter cōsensus proprie in ali-
quid fieri posset. nisi p̄ pri^o de illo in quo
sic consentit/ eiusq; qualitate ⁊ natura q̄/
dammodo iudicātū esset. ⁊ in omni iudicio
(quod bene considerandū venit) vltima
sentētia ad supremū auditoriū seu iudica-
toriū spectet ⁊ ptineat. cum insup (vt etiā
sepe supra tactū est) omniū negociorū seu
opationum humanarū iudiciū/ ad rōem
siue superiorem siue inferiorē spectet. fm̄ ta-
men respectū ad duplicē regulā fm̄ quaz
omnes opationes humane (vt sepissime
etiā dictū est) regulari habent. scilz vel re-
gulam legis humane que sumit̄ ex rebus
creat̄ quas naturaliter homo cognoscit:
cui regule ratio inferior innitit̄. vel regu-
lam legis diuine que sumit̄ ex rebus eter-
nis ⁊ increatis ad quas homo spirituali-
ter inclinā. cui regule/ ratio superior inni-
titur. ⁊ ita sit q̄ ipsa regula legis diuine.
sit superior. immo suprema/ ⁊ p̄ cōsequens
supremū auditoriū ⁊ iudicatoriū. vltima
q; sentētia ad illā ptem rationis ptineat.
que sic ipsi regule legis diuine que supre-
ma est innitit̄. que est ps superior seu rō su-
pior. Cum p̄terea de plurib; seinuicē con-
sequētib; occurrit iudicandū/ finale iudi-
ciū finalis q; sententia sit de illo quod in
tali consecutōe seu cōcursu est vltimū vl-
timoq; occurrit. Et ī negocijs humanis
vltimū quod sequit̄ ⁊ occurrit/ sit ipse rea-
lis actus seu ipius act^o executio. Et p̄ cō-
sequens iudiciū de ipso actu/ seu act^o ipsi-
us executōe. sit iudiciū finale sententiāq;
finalis/ ⁊ sic ad supremū auditoriū seu iu-
dicatoriū ptinens. seq̄tur manifeste q̄ ad
ipam rōnem superiorem ad quā sic (vt ta-
ctum est) iudiciū supremū finalisq; sentē-
tia negociorū seu opationū humanarū spe-
ctant iudiciū de ipso actu seu ipius act^o
executōe spectat ⁊ ptinet. ⁊ p̄ consequēs
etiā cōsensus in ipm̄ actū seu ipius act^o
executionē quando interuenit. cum non
nisi vt tactū est post iudiciū supremū ac-
finale/ de ipso actu habitū/ intuenire pos-
sit. Ex quo iterū sequit̄ q̄ (vt etiā in supi-
oribus sepe est tactū) q̄tenscūq; talis ip-
sius rōnis superioris cōsensus. siue ver^o
⁊ expressus. siue equiuales ⁊ interpretatiu^o
in actu ⁊ aliq̄ qui ex suo genere vel aliq̄
circumstātia peccatū mortale existit. iter-
uenit. talis cōsensus est peccatū mortale.

Quia semp talis ipius rationis superioris
in talem actū peccati consensus/ etiā si ip-
se realis actus iuxta tamēn modificatio-
nē modicū infra tangendā/ nō procedet
seu subsequeret/ est tale peccatū quale eēt
ipse realis actus. Et ratio iā quodāmodo
in superioribus tacta est. ex premissisq; su-
mi pōt. ¶ Et primo respectu consensus.
veri ⁊ expressi ipius rationis superioris.
Nam ipsa ratio superior ad quā/ vt sic sta-
tīm tactū est/ talis cōsensus in huiusmo-
di actū qui de se ex suoq; genere vel ex ali-
qua circūstantia peccatū mortale est per-
tinet. nullo modo in dictū verū ⁊ exp̄sum
consensum inclinari posset/ quin p̄us de
ipso actu eiusq; natura ⁊ qualitate deli-
berauerit ⁊ iudicauerit. alias vt supra ta-
ctum est nō esset verus ⁊ expressus consen-
sus. Deliberare autē ⁊ indicare maxie cir-
ca tales actus humanos nō potest. nisi re-
gulam legis diuine ⁊ eterne cui sic inni-
tur/ consulat. Consulta autē regula legis
diuine ⁊ eterne/ in talem actū qui sic de se
ex suoq; genere vel ex circūstantia aliqua
peccatū mortale existit/ consentire nō po-
test. quin ipam regulā ⁊ legē diuinā ⁊ eter-
nam/ actu ⁊ realiter contēnat ⁊ spernat. se-
q; ab ea totaliter ⁊ fm̄ habitum auertat.
Actu autē ⁊ realiter/ regulam legis diui-
nez eterne contēneret/ spernere/ seq; ab ea
totaliter ⁊ fm̄ habitū auertere non potest
quin peccatū mortale existat. Sequitur er-
go predicta simul adaptādo ⁊ applicādo
q̄ ipsa ratio superior in talē actum peccati
mortalis vere ⁊ exp̄sse p̄sentire non p̄t/ q̄n
peccatū mortale existat. ¶ Respectu hō con-
sensus ipius rōnis superioris equalentis ⁊
interpretatiui hoc idē patz. qz talis act^o qui
sic de se/ ex suoq; genere vel aliqua circūm-
stantia/ peccatū mortale existit. cū de ipso
supremū ⁊ finale iudiciū vt sepe supra ta-
ctum est ad ipam rōnem superiorē spectet
⁊ ptineat. committi non potest. nec in rea-
lem executionē deduci. q̄n ipsa ratio supi-
or/ negligens fuerit ipm̄ impedire. volūta-
tēq; respectu illi^o regularē resp̄mere. ⁊ per
consequēs/ quin etiā regulā legis diuine ⁊
eterne actu ⁊ realiter si tūc de ea actu cogi-
tabat. vel per modū cuiusdā inexcusabi-
lis obmissionis et negligentie. si tunc de
ea non cogitabat. cum in tali actu cogi-
tare debuisset. contempserit et spreuerit/
ac se ab ea totaliter. et secundū habitum

auerterit Et ex hinc dicit beatus Thomā:
 prima secūde sue summe: q̄ rō supior/ in
 ipm actū peccati consentire dicit/ non so
 lum qz fm rōes eternas semp moueat ad
 agendū. sed etiā qz fm rōes eternas nō
 dissentit. ¶ Ad ppositū etiam istoꝝ dicit
 Aug. de trinitate. Non potest pctm effi
 caciē ppetrandū mēte decerni. nisi illa mē
 tis intētio penes quā summa ptās z mē
 bra in opus mouēdi vel ab ope cohiben
 di (loquēs de ratiōe supiori. put etiā volū
 tatē iuxta quod iā dictū est includit) ma
 le actioni cedat vel seruīat. Prout hec la
 tius modicū supra. z specialit̄ in declara
 tione quinti sex modoz seu sex qualitātū
 se circa delectatōem habēdi ipsius ratiōis
 declarata sunt. Que ibi tacta/ pnt ad hoc
 ppositū/ respectu cōsensus ipsius rōis
 supioris in ipm actū applicari Et adhuc
 p̄mpli⁹ z efficac⁹. cum nō tāta culpa ipi
 rōni supiori imputari habeat. nec faciliē
 tam graue peccatū insurgat/ dū ipsa vere
 z expresse aut equiualeuter z interptatiue
 in delectatōem que in sola cogitatōe cōsi
 stit z versat consentit. sicut qm vere z exp̄
 se aut equalenter z interptatiue in ipsum
 actū peccati cōsentit ipsi⁹ qz actus execu
 tionē. ¶ Notant in pmissis vbi respectu
 psensus ipsius rōis supioris/ in id qd de
 se ex suoqz genere vel aliqua circūstantia
 est pctm mortale. de auersione a regula le
 gis diuine z eterne/ facta est mētio. addi
 ta sunt ista verba. totalit̄ z fm habitum.
 Etenī auerti a regula legis diuine z etne
 (prout iam in supioribus vbi p̄cipue de
 hac pnti materia nature peccati venialis
 tractari incepit aliq̄liter declaratū est) du
 pliciter cōtingere pōt ¶ Vel scz totaliter
 id est fm habitū. qui pprie in hoc pposito
 nihil aliud est/ q̄ quedā inordinatio mē
 tis z intētiōis dispositio/ ponēs seu con
 stituēs alterū finē. Qd fit z cōtingit in oī
 actu qui de se suoqz genere aut aliq̄ circū
 stantia/ hz et importat/ qd pctm mortale
 existat. licet forsan p tunc talis inordina
 ta mentis et intētiōis dispositio/ non at
 tenderet neqz occurreret. Et ex hinc etiā
 (vt iā satis declaratū est) consensus rōnis
 supioris in talē actum/ est mortale pctm.
 quia sine tali auersione/ non potest in talē
 actū interuenire ¶ Vel cōtingit tal auer
 sio/ nō totaliter. i. nō fm habitū s; in actu
 solum. i. p illo actu q̄ fit seu exercet respe

ctu cui⁹ est bñ aliq̄lis a regula ipsius diui/
 ne et eterne legis inordinatio. s; non tāta
 nec talis mētis et intētiōis indisposi
 tio/ q̄ aliū finem ponat seu constituat Et
 sic est et cōtingit in oīni actu/ qui de se ex
 suoqz genere seu aliq̄ circūstantia/ nō ha
 bet seu importat qd pctm mortale existat.
 sed solū veniale. Nā si illud vsqz adeo p
 cederet/ q̄ illa auersio iuxta qd expositūz
 est/ esset totalis et fm habitū. aliūqz finē
 ponens z constituēs. statim a natura pec
 cati venialis excederet et in naturam pcti
 mortalis trāsiret. vt ibi satis expositū est
 et exp̄plificatū. Et ex hinc similiter consen
 sus ratiōis supioris in talē actū/ q̄ sic de
 se ex suoqz genere aut aliqua circūstantia
 non habet q̄ sit pctm mortale. sed solū ve
 niale. nō erit etiā nisi pctm veniale. qz si
 ne illa totali et fm habitū auersione et cū
 sola quadā inordinatione. potest in talem
 actū interuenire. vt satis ex dictis cōcipe
 est ¶ Et intelligant pmissa q̄ scz psensus
 ratiōis supioris in actū qui de se ex suo
 qz genere aut aliqua circūstantia pctm
 mortale existit/ est pctm mortale. Etiā si
 (vt iā supra tactū est) actus ille in quē sic
 ipsa ratio supior consentit/ realit̄ ab extra
 nō subseq̄ret seu adimpleret. Si tñ h non
 ex pre ipi⁹ ratiōis supioris/ ipi⁹ qz volūta
 tis. vrpote se p⁹ dictū consensum iā sic in
 illū actū seu illi⁹ act⁹ executionē p̄stitū am
 pli⁹ aduisantis et imutātis. sed ppter defe
 ctū possibilitat̄ facultat̄ vel alicui⁹ alteri
 us opportunitatis aut circūstantie/ conti
 geret. Nā licet tūc/ reali et effectu/ tal act⁹
 non subsequeret z adimpleretur: pposito
 tamen et affectu/ quantū ad incursum pec
 cati mortal/ subsecut⁹ d̄r et adimplet⁹ Et
 hinc commūiter d̄r q̄ volūtas p facto re
 putat. Iuxtaqz istud pprie intelligendū
 venit illō dictū xpi⁹ Math. v. Omnis qui
 viderit mulierē ad concupiscēdū eā/ iam
 mechatur ē eā in corde suo ¶ Ex oībo sic su
 pi⁹ circa hāc pntē materiā/ nature et qlita
 tis primoz motū. delectationis et con
 sensus in actū pcti tractat/ ea quodāmo
 do epilogando habetur quō prim⁹ mor⁹
 primo primus ipsius sensualitatis q̄ na
 turalis dicitur/ nullū peccatū est. Secūdo
 vero primus motus eiusdē/ qui ex fomī
 te procedit/ peccatum veniale existit. De
 lectatio autem siue morosa siue non mo
 rosa: mora temporis. Dum tamen non

3

k

Compendiū Theologie

fit morosa mora consensus/ p rōem scilz
superiorem vere & realiter/ aut interpretatiue
& effectualiter deliberati. quod contingit
in secundo tertio & quarto sex modorum
seu sex qualitatum se circa delectationem ha
bendi ipsius rationis superioris superius de
claratis etiā si dicta delectatio sit & feratur
circa ea que de se ex suo q̄ genere vel ex ali
qua circūstantia/ peccata mortalia existūt.
est solum peccatū veniale. Delectatio ve
ro morosa mora cōsensus/ per ratōem scz
superiorem vere & expresse aut interpretatiue
et effectualiter deliberati q̄d contingit in
quinto & vltimo p̄dictorum sex modorū
seu sex qualitatum se habēdi ipsius rōis. rē.
Nec nō etiā consensus in actū. quādo ta
men (vt sepe supra tactū est) sunt & ferunt
sup his que de se ex suo q̄ genere aut ex ali
qua circūstantia peccata mortalia existūt
sunt etiā peccata mortalia. **E**t ad istud
propositū/ per modū exempli applicant
doctores licet diuersimode/ tentationem
que fuit in p̄mis parētibus. Ex quorū di
ctis/ potest sensualitas ipsa/ serpenti cō
parari. Ratō vero inferior vt iam in supi
oribus tactū est/ mulieri eue. Et ratō su
pior viro ade. **U**m igit in ipsa primo
motu. secūdo tamen primo/ ipsius sensua
litas illecebra insurgit. quod nō nisi ex
fomitis corruptiōe puenit. & quasi cū ser
pēs/ comestione pomi eue suggestit. ideo
q̄ tunc peccatū solum veniale est & leuissi
mū. **I**n delectatiōe vero nō morosa mo
ra/ cōsensus/ qui scz cōsensus sit p rōem su
piorē vere & expresse aut interpretatiue
& effectualiter deliberatus. quātūcumq̄
ista dicta delectatio sit forsan morosa mo
ra tempis/ quantūcūq̄ etiā ipsa rō inferi
or iuxta p̄dictos scdm tertiu & quartū
sex modorū seu sex q̄litatū se habēdi. rē. vel
circa talē delectatiōem/ nō bene aduertat.
vel subito aut improprie etiā in eā cōsen
tiat. tunc mulier sine viro/ ipōq̄ ignoran
te/ cōmedere dicit. Ideoq̄ tūc solum pec
catū veniale est. qz q̄ in delectatiōe pecca
tum mortale interueniat/ a consensu viri
scz ratōis superioris. vero & exp̄sso aut int
p̄ratiuo & effectuali & nō alias procedit
In delectatiōe vero morosa mora cōsen
sus interpretatiui & effectualis. quādo scilz
ratio ipsa superior iuxta quintū sex modo
rū p̄dictorū seu sex qualitatum se habēdi
ipsius ratōis rē. talē delectatiōē rep̄mere

negligit. tūc mulier sola/ sed tamē viro sci
ente comedit. & tūc licet vir non cōmedat.
propter illū tamē eius cōsensum interpreta
tiuū & effectualē/ peccatū mortale efficit.
etiā si (vt sepe dictū est) desit voluntas p̄fi
ciendi actū. rē. Quia mulier bñ potest si
ne viro cōmedere. mortaliter autē sine viro
cōsensu vero & exp̄sso/ aut interpretatiuo &
effectuali/ non potest peccare. **I**n dele
ctatione vero morosa/ mora cōsensus veri
& exp̄sso. quando scilz ratio ipsa superior/ iu
xta vltimū sex modorū p̄dictorū seu sex
qualitatum se habēdi ipsius rationis. rē.
vere & expresse consentit. tunc vir non so
lum consentit. sed sicut & mulier comedit
& etiā si desit voluntas p̄ficiendi actū. rē.
est peccatū & grauius q̄ in casu p̄cedēti
Grauius etenim est in talem illicitam dele
ctationē vere & expresse consentire. q̄ nō
reprimēdo/ interpretatiue & effectualiter
cōsensum prebere. **I**n consensu vero in
actum peccati seu ipsius actus executio
nem/ qui (vt late supra declaratū est) soli
rationi superiori attribuitur/ est ac si vir nō
solū sicut & mulier cōmederet. s; q̄dam mo
do ac si iuberet & p̄ciperet. & tūc etiā si iu
xta superius tacta/ talis actus realiter ab ex
tra non p̄cederet & seq̄ret/ est pctm̄ morta
le. Et adhuc graui⁹ q̄ in casib; p̄cedētib;
in q̄ntū scilz (vt etiā supra monstratū est)
graui⁹ est i actū pcti seu ipsi⁹ act⁹ execu
tionem q̄ in solā ei⁹ delectatiōē cōsentire
Vel aliē dici poss; qz scilz in delectatiōe
morosa mora cōsensus veri & exp̄sso ipsius
rōis superioris de q̄ statū supra vir n̄ cōme
dit sicut mulier. s; solū cōmestioni mulier
cōsentit sicut supra dictū ē fieri i delectati
one morosa mora cōsensus interpretatiui et
effectualis eiusdē rōis superioris. Est qz p̄pter
h̄mōi cōsensu⁹ verū & exp̄sso/ pctm̄ morta
le. s; q̄m vt iā tactū ē q̄ i tali cōsensu int
p̄ratiuo & effectuali. in q̄ntū. s. graui⁹ ē ve
re & exp̄sso in aliq̄ malū cōsentire q̄ inter
p̄ratiue & effectuali. S; i cōsensu ipsius rō
nis superioris in actū pcti seu in ipsi⁹ act⁹ exe
cutionē. etiā si vt statū dictū ē talis act⁹ rea
lit ab extra n̄ p̄cederet & seq̄ret. vir n̄ solū
cōsentit s; sicut & mulier cōmedit. & tūc ē ten
tatio de se cōsummata & p̄fecta. Et intelligāt
he exēplificatiōes iuxta superius declarata.
q̄n. s. h̄mōi delectatiōes/ cōsensusq̄ i actū
sunt & ferunt super his que de se ex suo q̄
genere aut ex aliqua circūstantia peccata

mortalia existunt. **E**t hec quo ad talem materiam nature primorum motuum delectationis et consensus in actu ordinis et progressus tenentur. in quantum de eis ad propositum huius octavi tractatus istius libelli tractandum occurrebat dicta sufficiant. Qui latiora videre voluerit habet ut in superioribus in simili tactum est doctores plurimos. tam magistrum in. ij. sententiarum quam alios super dicto passu tractantes. quod etiam beatus Thomas prima secundae secundae prae suae summe

2 De tribus ad gra-

uitatem peccati conferentibus. **V**ia vero iam receter et etiam in superioribus maxime in declaratione nature et qualitatis peccati mortalis dictum et monstratum est. quod non nisi actus aliquis de sui forsan natura ex suo genere peccatum non esset vel forsan veniale solus ex intentionis corruptione vel ratione remorsus conscientie seu aliqua alia circumstantia potest peccatum mortale effici. Ex propter etiam ad clarioris semper cognitionem distinctionis seu nature peccati venialis a peccato mortali circa cuius declarationem presens principaliter materia versatur. visum est expediens de his tribus hic summam aliquam perstringere. De intentione ac fine actionis seu operationis. De esse sui natura et qualitate conscientie. De natura qualitate ac numero circumstantiarum.

De intentione ac fi-

ne actionis seu operationis. **I**n circa primum est advertendum quod intentio in generali putat hic et in materia morali. scilicet virtutis et peccati sumitur sic describitur. Intentio est actus voluntatis in aliquo fine tendentis. per aliquid vel aliquod ad illum finem ordinata. Dicitur enim intentio quasi in illud tentio. Nam intentio semper respicit aliquid ut finem scilicet. scilicet quod illud est terminus voluntatis. Ex quo clare apparet quod intentio de se importat et denotat quandam distantiam illi quod sic intendit. Et ideo quando voluntas fertur et intendit immediate in aliquid etiam si illud sit finis ultimus quem tunc sibi constituit. terminus ipsius voluntatis quod per tunc habet. non dicitur tamen proprie esse intentio. sed quoniam affectus seu voluntas in aliquid tamen finem ultimum quem sibi tunc constituit. vel tamen ad illum finem ordina-

tum fertur et tendit. non immediate sed mediis tibus alijs per quod in illud in quod sic fertur et tendit nunc pervenire tunc proprie est intentio. Ut gratia alicuius exempli fertur et tendit principaliter affectus alicuius seu voluntas in suam finalem salutem. et propter ipsam facilius assequendam intendit corpus suum domare et spiritum subicere ut hoc congruenti et cum saniori consilio et auxilio facere possit intendit religionem aliquam intrare. et per hoc faciendo ad aliquem locum talis religionis ire. Iste talis respectu salutis sue quod est ultimus finis quem tunc sibi constituit. respectu etiam dominationis sui corporis ac ingressus religionis. quod sunt fines medij ad illum scilicet finem ut tunc ordinati dicitur proprie habere intentionem. Respectu vero additionis talis loci illi religionis. licet sit quedam voluntatis dispositio. non tamen proprie dicitur esse intentio. **E**x precedenti intentionis in generali descriptione clare et facilius elicitur per descriptionem intentionis recte. per additionem scilicet istorum verborum debitum et debito modo. Et etiam intentionis perversae seu corruptae. per additionem oppositorum seu contrariorum verborum scilicet indebitum et indebito modo. Sic tamen quod in descriptione intentionis recte illa duo verba scilicet debitum et debito modo coniunctim accipiuntur. cum ipsa duo ad hoc quod intentio sit recta necessario habeant concurrere. In descriptione vero intentionis perversae seu corruptae illa duo verba opposita scilicet indebitum et indebito modo accipiuntur divisi cum alterum eorum ad hoc quod intentio perversa vel corrupta existat per se sufficiat. Et tenim (ut sepe dictum est) plura necesse est ad virtutem concurrere quam ad viciam immo per defectum unius eorum que necessario ad virtutem requiruntur transitur in viciam. **S**u per quibus quantum ad intelligentiam naturae effectus intentionis respectu eorum quod iam in hoc octavo tractatulo huius libelli circa materiam peccati mortalis et peccati venialis tractata sunt et tractabuntur spectare et sufficere videtur. subiunguntur hic aliqua regule notabiles. **P**rima regula est. Ex fine principaliter intento id est respectu finis ultimi qui principaliter in aliquo actu intenditur. actus ille attendi considerari. et iudicari habet. ad hoc scilicet quod dicatur et iudicetur bonus vel malus. meritorius vel demeritorius. Iuxta quod intelligitur applicari per dictum christi

Compendiū Theologie

Mathei. vi. Si fuerit oculus tuus simplex totū corpus tuū lucidū erit. **Ubi iuxta August.** per oculū significat intentio. Et intelligitur hec regula de his maxime actibus/qui alias ex seipsis sunt indifferentes. i. qui de suo proprio esse/propriaque natura/sine cōcurfu alterius cause seu alterius circūstantie / nō habent q̄ sint boni vel mali. **Ut gratia exempli** leuare festucā de terra. vel mouere manū. Nam si tales actus de proprio suo esse propriaque natura haberēt q̄ essent boni vel mali aliter esset dicendū. vt clare p̄ regulas sequētes videri poterit. **Secūda regula.** Actus de seipso malus/ex fine bono principaliter intento nō efficit bonus. **Ut gratia exempli.** furari vel depredari. q̄ sunt actus de se mali etiā si ea principaliter intētiōne ad hūc q̄ principaliter finem fiant. vt exinde in dei honore fiat elemosina. nō propt̄ hoc boni efficiūtur. **Tercia regula** et opposita. Actus de seipso bonus/ex fine malo principaliter intēto/efficitur malus. **Ut gratia exempli.** De elemosina vel orōne vel p̄dicatōe que principaliter propter vanā gloriā. mundanā. vel propter lucrū tpale habendū. et adipiscendū vel hōi fieret. Et ratio diuersitat̄ istarū duarū regularū ex descriptōe intētiōnis recte et intētiōnis puerse seu corrupte supra positis alijsq̄ etiā ibi dem dictis clare apparet. Quia ad intētiōnē rectā/duo requirunt̄ sc̄z q̄ tendentia volūtatis sit in finē debitū. et q̄ sit per media ad illū finē debito modo ordiata. Ad intētiōnem vero puerfam seu corruptam sufficit defectus vel malicia in vno istoz sc̄z vel q̄ finis principaliter intētus sit de se malus. vt potuit tertia regula. **Vel q̄ media p̄ que ad illū finē tendit̄ sint de se mala vt ponit sc̄da regula.** **Quarta regula.** Vna et eadē principalis intētiō finalis. i. in aliquē finem principaliter tendens. plures actus se inuicē consequētes etiā diuersimode et distanter abinuiicē factos/potest in bonū et ad meritū. vel in malum et demeritū informare. **Ut gratia exempli.** Respectu intētiōis recte intendit aliq̄s vnū solidū pro deo in elemosinā / p̄ duodecim sibi inuicē succedentes dies elargiri. et dare sic sc̄z q̄ qualibet die dabit vnū denariū. Si a casu contingat istū hōiem datōnē aliquoz istoz denarioz p̄ aliq̄b̄ istoz duodecim diez obliuisci et itermit-

tere. et in alios dies reparare et facere. donatio ista/nihilominus sic in alijs dieb̄ facta propter primā principalē intētiōem erit meritoria. de intētiōne vero p̄ euerfa/facilius est dare exemplū cū facilius cōtingere possit. **Quinta regula.** Finē sub fine seu intētiōem sub intētiōne/pōt quis ad meritū vel demeritū seu meritorie aut demeritorie qd̄ idem est/ponere cōsentire et habere. dictosq̄ fines seu intētiōnes/sic sibi inuicē subordinatos/pōt vna et eadem principalis et finalis intētiō/in bonū vel malū meritū vel demeritū informare. **Ut gratia exempli.** Respectu principalis et finalis intētiōis recte. intendit aliq̄s ire ad for̄ ad hūc finē q̄ ibi emat medicinas. ipsas autē medicinas ad hūc finē emit/vt ab aliqua infirmitate curet. Ad hūc vero finem ab illa infirmitate curari desiderat. vt aptius et melius deo seruiat. **Clarū et certū est** q̄ in isto casu/omnes iste p̄cedētes voluntates et intētiōes/que sic circa istos diuersos fines ferūtur et tendunt/ per illā principalē et finalē intētiōnem/ aptius et melius deo seruiēdi. in bonū et ad meritum informant̄. et propter eā/ bone et meritorie existūt. immo in tali casu qm̄ sc̄z voluntas in aliquos fines seu intētiōes sic sibi inuicē ad aliquē principalē et vltimū finē subordinatos principaliter propter ipm̄ principalem et vltimū finē fert̄ et tendit. licet illi fines seu intētiōnes/ plures sint et diuersi. nō tamen proprie debet dici nec proprie est nisi vn̄ et idem ip̄ voluntatis motus. Et intelligūtur hec in ista regula dicta. etiā si tēpe realis executōis seu adimplētōis illoz actū sup̄ quibus sic dicte p̄cedētes voluntates seu intētiōnis ferūtur et tendūt/ illa principalis et finalis intētiō non realiter et de facto in mente habere. **Arputa** quia p̄ tunc/ vel nō occurreret vel non attendere. sufficit enī q̄ p̄cesserit et in habitu habeat. **Ut verbi gratia** in exēplo statū posito detur q̄ ille talis qui sic ab aliqua infirmitate curari desiderat/vt aptius et melius deo seruiat tēpe quo emit medicinas ad hoc vt a dicta sua infirmitate curari possit. et tēpe quo predictis medicinis ad dictā suā curationē emendis ad for̄ vadit/ et illā principalem et finalem intētiōem aptius et melius deo seruiēdi nō realiter et de facto in mente habeat. qz tūc for̄san vt dictum est

vel non sibi occurrit vel non attendit. nihilominus tamen / cū per prius eā habuerit / adhuc in habitu (vt p̄supponit) habeat. illa principalis et finalis intentio / aptius et melius deo seruiēdi / istos actus emēdi / medicinas et cūdi ad for. seu volūtates et intentōes que sup̄ ipsīs ferunt / informabit et bonos et meritorios efficiet. ac si tūc illā principalē et finalē. intēsius. aptius. et melius deo seruiēdi in mēte realiter et de facto habuisset. **R**espectu vero principalis et finalis intentōis puerse seu corrupte / facilius (vt statim in regula precedenti tactū est) dari potest exēplū. **I**ntelligant etiam predicta respectu tamē principalis et finalis intentōis recte / actuumque bonorum et meritoriorum. dum tamē interdictos actus seu fines / sic sibi ad vltimū finē principalis intentū subordinatos. et sup̄ quibus hōi precedēs voluntates seu intētiōes sic ferunt et tendūt. nō intēuiat seu intendať aliquis actus seu finis ex seipso / suaque p̄pria natura / illi fini sic principaliter intēto quoad meritū difformis et oppositus. et qui voluntatē seu intentōem que sup̄ ipm̄ fert et tendit / posset puertere seu corrūpere. Pro quo aptius declarādo / ponit sexta regula. **S**exta regula. Quotienscūque intē plures actus seu fines sibi inuicē ad aliquē finē vltimū alias ex seipso bonū et meritoriū principaliter intentū subordinatos intēuenit / seu intendit aliquis actus seu finis illi fini sic principaliter intēto ex seipso suaque p̄pria natura quoad meritū difformis et oppositus. volūtatemque seu intentōem que sup̄ ipm̄ fertur et tendit puerrens et corrumpens / talis actus seu finis medi⁹ sic intēueniens. nō informat ad meritū p̄ illā principale et intētiōem illius finis vltimi sic de seipso meritorij. quin pot⁹ ipam principale et finalē intētiōem omnesque alios fines seu intentōes precedēs. etiā alias ex seipsis bonos et meritorios deformat quodāmodo deprauat. **V**erbi gratia. Intendit aliquis ire ad aliquā domū et ad hunc finē in illā domū vult ire / vt ibidez luxuriēť. ad hūc autē finē luxuriari vult / vt sanior inde efficiat. ad hūc vero finem vult sanior effici / vt aptius et meli⁹ deo seruiat. Iste finis vltimus principaliter intētus aptius et meli⁹ deo seruiēdi. qui alias ex seipso bonus est et meritorius / illam

voluntatē seu intētiōem que sic sup̄ illū actum luxuriādi fert et tendit / a minori illū actum si a casu cōmitteret. cū ex seipso suaque natura sit illi vltimo fini sic principaliter intēto quo ad meritū / difformis et oppositus ad p̄dictam volūtatem seu intētiōem que sic sup̄ eū fert et tendit. puerrens et corrumpēs. nullo modo ad meritum reformare potest. q̄n pot⁹ illa puerfa et corrupta volūtatis et intētiō / ipam vltimam et principale intentōem / ac omnes alios fines et intentōes procedēs / deformat et quodāmodo deprauat p̄ ampliusque ac grauius faceret actus si a casu cōmitteret. **E**t ratio horū est. quia vna volūtatis seu intētiō ex seipso puerfa seu corrupta. plures voluntates seu intētiōes alias ex seipsis bonas deprauare potest / sed nō econtra. **U**na etenim bona voluntas seu intētiō / nō potest plures ex seipsis malas / bonas efficere. immo nec plures bone etiā se inuicem consequētes / vnā ex seipso malā bonam efficere possunt. Quia vt in superioribus sepe dictū est. ad bonitatē et rectitudinem alicui⁹ voluntatis seu intentōis plura necesse habent concurrere. q̄ ad eius maliciā seu corruptōem. immo ad eius maliciā seu corruptōem sufficit defect⁹ vni⁹ eorū que ad bonitatē et rectitudinē cōstituendā necessario req̄runt. **I**ntelligant etiam ea que sic statim supra / tam de actuum interiorū ipsi⁹ voluntatis. q̄ etiā actuum exteriorū. exinde cōsequētiū p̄ principale et finale intētiōem quoad meritū vel demeritū. informatōe dicta sunt. q̄ hōi principale et finalis intētiō. tales actus interiores voluntatis / et a fortiori ipsos actus exteriores si exinde consequant / precedit vel cōcomitat. Nam si huiusmodi principale et finalis intētiō tales actus subsequēť. aliter veniret dicendū. **E**tenim vt iam statim innuī visum est. triplici quātū ad hanc materiā cōcernit potest ipsa intētiō. siue de recta / siue de puerfa et corrupta accipi velit / respectu supra dictorum actuum. tam scz interiorū ipsius voluntatis q̄ exteriorū inde cōsequētiū / cōsideratiōe comprehendēdi. **U**no modo vt eos p̄cedēs. alio modo vt eos cōcomitans. alio modo vt eos subsequēs. **D**e intētiōe autem / predictos actus precedere. quomō et q̄ndo eos quoad meritū et demeritū informare habeat et iformet. satis in superioribus tractatū

Compendiū theologie

et declaratū est. **D**e intentōe vero/hmōi actus cōcomitāte/hoc idē scz quō et quādo eos informare habeat et informet. ex supius etiā tractatis clare elici et cōcipi potest. Etenim si intentio tales actus precedēs ipsos quo ad meritū et demeritū iuxta tamen modificatōnes et declaratiōes supra etiā tactas informare potest et quōque informat. hoc idē nō dubiū iuxta easdē tamen modificatōes facere poterit et valebit intentio ipso actus realiter et de facto cōcomitans. **D**uo vero ad intentiōes tales interiores voluntatis actus. ac etiā exteriores exinde pueniētes subsequētē seu supaccedentē aduertenda sunt quae sequuntur. Et primo quantum ipsos actus interiores voluntatis in se et absolute cōsideratos concernit. quod intentio/hmōi interioris actus voluntatis/subsequens seu supaccedens/nullo modo ex se ipsa potest eos quae ad meritum vel demeritū informare. i. meritorios vel demeritorios efficere/nisi quatinus illi actus interiores voluntatis/cū illa subsequenti seu supaccedenti intentiōe reiterarentur. Ut gratia alicuius exempli ad clariorē semp̄ intellectū. ut aliquis vult et in mēte disponit ire de roma in hirlm. et per hoc sibi equū et alia necessaria preparat. nō quidem pro tūc nec per prius relatiōe seu reflexiōne quacūque habita in deū. scz forsitan (ut interdum cōtingit) sola causa societatis vel alia. vult postmodū iste dictā suam voluntatem seu propositū quō sic habuit/in deum referre. ut scilicet illud propositū et voluntatē quā sic de cūdo in hirlm simpliciē habuit. habuerit intentiōem deo seruiendi et complacēdi. Ista intentio sic sibi supueniens. nullo modo potest ex se ipsa illum actū interiorē voluntatis seu illud propositum quod sic per prius de cūdo in hirlm habuit/informare. sic scz quod eius bonitas seu meritū/ex ista subsequenti et superaccedenti intentiōe dependere possit. nisi iterū illū interiorē actū voluntatis seu propositū/cū ista intentiōe subsequenti/ille homo reiteraret. sic scz quod illā voluntatē et propositū quō sic de cūdo in hirlm simpliē habuit/rehaberet intentiōe deo seruiēdi et complacēdi quō si faceret/et a casu in dicto suo proposito sine sua culpa impediret/iste actus voluntatis sic cū ista intentiōe subsequente reiteratus meritorius esset. vbi prior et precedens nō fuisset. Et rō clara est. quia iam ille interi-

or actus voluntatis seu illud propositū/sic istam intentiōem subsequētē precedēs tpe quo ista intentio accedit/est quasi in factum eē. et quodāmodo in p̄terito et nō eē quare nisi reiteraret/nullo modo videt per subsequētē intentiōem informari posse.

Quo rō ad ipsos actus exteriores. ex ipse scz interioribus actibus voluntatis proueniētes. hmōi actus/sub duplici specie/duplici quae qualitate quantum ad hanc materiā p̄tinet/cōsideratiōni occurrūt. Sūt etenim aliqui respectu prime speciei. simplices in se. i. qui de sua natura etiā si quēdā successum habeāt. nō tamē ex pluribus et diuersis alijs actibus de se cōpletis vel longo tractu tempis subsistere seu constare habēt. ut gratia exempli. Dareynam elemosinā celebrare vna missam. et hmōi. Alij vero sunt et secūde speciei. cōpositi in se. i. quae de sui natura ex pluribus et diuersis alijs actibus de se cōpletis. vel ex longo et in diuersa tempa tractu subsistere et cōstare habēt ut gratia exempli. Diu in religione viuere. in longā pegrinatōem ire. et hmōi. **R**ursum possunt predictarū duarū specierū actus sub duabus diuersis qualitatibus (ut tactū est) cōsiderari. Vel scz put sunt in factū esse. i. p̄fecti et cōpleti. Vel prout sunt adhuc in fieri. i. iam incepti et nondū p̄fecti seu completi. De quibus magis per exempla subinserta liq̄re poterit. **P**remissa igitur ad propositū applicādo dici potest. quod actus prime qualitatis scz quae sunt in factū esse. i. p̄fecti et cōpleti/cuiuscūque predictarū specierū existant. siue scz simplices siue cōpositi. intentio subsequēs seu supaccedēs. nullo modo potest ex se ipsa quoad meritū vel demeritū informare. Nec taliū actū bonitas seu malicia ex dicta subsequenti seu supaccedenti intentiōe dependere. Ratio clara est. quia tales actus cū p̄fecti et cōpleti et sic trāfacti sunt. nō sunt amplius in esse. quod autē amplius in eē nō existit. nō potest amplius per aliud subsequēs informari. nec ab eo quoquo modo dependere. Nec etiā iuxta modicū supius tacta/posset actus interior voluntatis/respectu taliū actū exteriorū sic transactorū. cum illa subsequenti seu postaccedenti intentiōe reiterari. Ut gratia exempli. et prior de actu simplici. Dedit aliquis cuidā indigētī unū florenum nihil tūc nec per ante/respectu istius dationis de deo cogitās. scz quia forsitan ille indigēs

vicin⁹ suus erat vel alias sibi gratus. Si supaccedat isti vel subsequat intentō q̄ illum florenū voluerit dedisse ob dei reuerētiā et honore/ ista intentio sic subsequens seu supaccedēs/ nullo mō quoad meritū potest ex se ipsa illū actū scz illā dationē illius floreni informare. q̄ scz eā meritoria faciat. qz iā illa datio an accessum istū supueniētis intentōis. trāsijt. nec est amplius inesse sicut nec p̄t informari. Nec etiā respectu eius posset act⁹ interior volūtatis cū ista subsequēti r supueniēti intentione reiterari. De actu vero cōposito similiter exēplificari p̄t de illo q̄ de deo nihil tūc. nec p̄ antea respectu hui⁹ cogitās. nec tūc quicq̄ in deū deflectēs seu referēs iuerit de roma in birlm. Si enī talis/ cōpleto dicto suo viagio/ velit illud in deū referre intētōneq̄ dei honoris fecisse. ista intentio supueniēs/ nullo mō p̄t illū actū sic cōpletū scz illud viagiū quoad meritū informare. Nec etiā posset actus interior ipsius volūtatis respectu eius cū illa subsequēti r supaccedēti intentōe reiterari iuxta quod satis declaratū est. **A**ctus vō scōde qualitatis q̄ scz sunt adhuc in fieri. iā iam incepti et nōdū completi. qd sic notāter dicit. Etenī. nondū incepti essent. intentio tunc supueniēs nō posset respectu eoz dicit subsequēs. seu post accedēs. si etiā am p̄pleti essent iā supra declaratū est. qd talis intentio oparetur. Hmōi igit actus prout in se ip̄s in suoq̄ esse totali considerant/ intentio subsequēs seu supaccedēs potest ex se ipsa q̄ad meritū vel demeritū scz q̄d informare. et q̄m qd etiā nō informabit. Secūdū qd enī nō informabit. qz. s. ps illius act⁹ si sit actus de se simplex. oēs etiā alij singulares act⁹ ex quib⁹ vna cum alijs ille totalis act⁹ subsistit et cōstat si sit actus cōposit⁹ q̄ dictā intentōez sic subsequētē r supaccedentē precesserint. nullo modo q̄ad meritū vel demeritū poterant ab ea informari. Scōm qd autē informare poterit. qz illū totalē actū in se. nec non p̄tem de eo restantē si sit actus simplex. ac oēs etiā alios singulares act⁹ ex quib⁹ ille totalis actus subsistit r cōstat si sit act⁹ cōpositus/ illā supaccedentē r supueniētē intētōne subsequētes/ meritorios vel demeritorios efficiet. Ut grā exēpli. r p̄tio de actib⁹ simplicib⁹. Vult aliq̄s et dispo- nit celebrare missam. tūc nec p̄ntea respe-

ctu huius celebratōis consideratōem seu relatiōem in deū. habens. sed vel forsan. p pudore vitando. vel alia causa. Celebrat iste vsq̄ ad eplā. postmodū vanitatem suam cōsiderans/ compūgitur et intentōnem suā respectu huius celebratōis in deum referre incipit. sic scz q̄ intētōne honoris et reuerētie dei celebrare vult. Ista intentio supueniēs et supaccedēs. istū actū simplicē qui est adhuc in fieri/ q̄m qd informabit. qz scz ip̄s in se necnō partē que de eo post illā intentōez supueniētē agēda restabat. ac etiā omnes alios singulares actus ex quib⁹ ip̄se totalis actus subsistit et cōstat. meritorios efficiet. et maxime. qz etiā respectu eoz/ actus interior voluntatis cū illa supaccedēti intētōne reiteratur⁹ est. q̄m quid etiā ista intētōne istū celebratōis missē actū nō informabit. qz p̄tem que de eo an accessu dicit supueniētis intētōis acta erat scz oīa an eplā dicta. nullo mō informabit. nec meritoria efficiet. qz iam nō sunt in se nec etiā respectu eoz potest actus interior ipsius voluntatis cū illa supueniēti r accedēti intētōne reiterari. De actibus vō cōpositis pōt similiter exēplificari. et primo de actu cōposito/ q̄ad longū et ad diuersa tempa tractū seu successum. iuxta exēplū iam sup⁹ positum. de illo q̄ causa societatis vel alia vadit de roma in birlm. pacta qz q̄tra et q̄nta p̄te itineris/ mutat intētōnem et p̄positū et in deum reflectit. ista intētōne sic supaccedens et supueniēs/ istū totalē actum quo ad qd informabit. scz quo ad totalē actū in se. et quoad oīa que de eo post accessum dicte intētōis agenda restabāt. v̄puta reliquū itineris. labores picular et expēsas quas amodo sustinebit et faciet. q̄s meritorios efficiet. Quoad qd etiā non informabit. qz scz illā p̄tem itineris ante facti. laboresq̄ picular et expēsas p̄ prius habitos/ factos/ nullo modo p̄t ex se meritorios efficere vt iā statim de celebrāte missam declaratū est. Potest etiā sp̄ ad maiorem declaratiōem/ de actu ex diuersis singularib⁹ actib⁹ cōposito/ similiter. exēplificari de paupe. q̄ sola causa victus lautioris hūda/ vel alia nō de se meritoria. intrat religionē. et ibi sub tali intētōne aliquādiu v̄puta quatuor aut quinque annis viuit. pluresq̄ act⁹ ad regulā p̄tinētes/ nō mutata p̄tia cā seu p̄tio. p̄posito sui i gressus/

Compendiū theologie

facit et exequit. Cognoscit iste defectū suum. cōpunctusq; ppositū et intētionē suā mutat. omniaq; in deū referre incipit. et intētionē deo seruiendī et ad regulā suā amodo in dicta religiōe vult viuere. Ista subsequēs supaccedēsq; intētiō/ istū actum viuendī in religiōe fm quid informabit. quia scz quo ad ipm actū in se ac etiā omnes alios singulares actus. qui post illaz supaccedentē intētiōem fiēt. qz eos meritorios. et istum vere religiosum q̄ prius nō erat/ efficiet. Quo ad quid etiā non informabit. quia oēs alios singulares actus precedētes. meritorios efficiere nō potest. Hec etiā respectu eoz. cum transacti sint potest actus interior volūtatis cum ista supaccedenti intētiōe reiterari. Et ad istō ppositū respectu scz istoz actū qui sic in fieri existūt et intētiōis supaccedentis/ satis pertinere videt illud beati Gregorij in omelia. Restat vt quisq; ille est q̄ ad supnam patriā tēdit/ nequaq; se a vicijis pro mundi huius honestate cōtineat. Qui et si quedā aliq̄ndo bona pro honestate inchoat/ in eius intētiōe nō debet pmanere. nec p bono ope/ presentis huius mundi gloriā q̄rere. sed totā spem in redēptoris sui aduentu cōstituatur. etc. Ecce mentio de bonis inchoatis/ et de mutatōe intētiōnis etc. Et put in supiorib; exemplificatum est de informatōe ipoz actū quo ad meritū. simili modo exemplificari facile est de eoz informatōe quo ad demeritū cū eadem quo ad hoc ratō existat. **R**esolutio finalis est ista. q̄ intētiō actus/ tā interiores ipius volūtatis/ q̄ exteriores ex ipis procedētes/ qui realiter et trāfacti sunt. subsequēs seu superaccedens/ nullo modo potest ex se ipsa eos quo ad meritū vel demeritū informare. **Q**uero dicat actus interior volūtatis cum intētiōe subsequēti seu supaccedenti reiterari. etc. Jam pprie loquēdo illa reiteratio esset noua voluntatis actus. et sic respectu eius posset et deberet dici intētiō pcomitās et nō subsequēs. Sed ista p mediocrib; et simplicib; et q̄ magis conscientiarū scrupuli cognosci et quietari valeāt vt sepe tactum est/ ita late specificari et p exempla declarari libuit. **R**otandū insup et potest poni vt septima regula. Septima regula q̄ actō corporalis potest etiā meritoze ad aliquē finē tēpale referri. dūmodo finis ille tēpale

um finaliter referat. Actō vero spūalis vt predicatio oratō et hmōi. nullo modo potest meritoze ad finē tēpalem referri. etiā si illō tēpale finaliter in deū referat. Et hoc est in effectu qd̄ dicit. Aug. Debe mus māducare vt euāgelisem. nō autem euāgelizare vt māducem. **A**dvertēdū preterea q̄ etiā p modū cuiusdā regule et hec p octaua poni potest. Octaua regula q̄ si in aliquib; actib; seu actionibus/ ad diuersos fines sibi inuicē subordinatos tendentib; / primus vel mediū finis seu pinq̄or intētus ponat seu cōstituatur ali quod tēpale. ordo talis est puerfus. atq; hmōi sic ad istos fines ordinari demeritorij. Bene tamē etiā meritoze licitū est/ duos fines in aliquo actu cōstituere et intēdere. vnū scilz tēpalem. et aliū eternū dūmodo illud quod est eternū/ sit principalis et vltimus finis intētus. et nō econtra. **U**t gratia exēpli de istis duob; membris. **O**prabit aliq; sufficiens et idoneus/ s; indigens/ beneficiū ecclesiasticū. vt scz habeat vnde vitā suam sustētare. vt etiam maiorē habeat occasionē et facultatē deo debite seruiendī. **H**ic sunt duo fines licite intēti. vnus tēpale. et alius eternus. **S**i igit iuxta primū membrū huius notabilis seu regule/ finis p̄m seu ppior sit ipsum dei seruitiū debite facere. et finis vltimus et principalis sit sustentatōem vite habere. tūc ordo est puerfus et actus ad hos fines ordinari de se quo ad salutē eternā adquirendā/ demeritorij. **S**i vero cōtrario modo procedat intētiō. sic scz q̄ finis primus seu pinq̄or sit sustentatōem vite habere. et finis vltimus ac principalis/ sit ipm dei seruitiū facere. tūc ordo est rectus et bonus. actusq; ad hos fines debite ordinati quo ad salutē eternā adquirendā meritorij. **E**t hec q̄ ad materiā intētiōis ac finis actiōis et opatiōis q̄ntū huic tractatui cōgruere visum est/ dicta sufficiāt.

De esse natura et

Qualitate conscientie. **Q**uero vero ad esse seu naturā ac qualitātē conscientie. est primū sciendū. q̄ cōscientia putat p̄rietatē vocabuli de se satis connotat/ duo dicit et importat. **P**rimo dicit et importat sciētiam. et fm hoc conscientia dici potest qd̄ā habitus naturalis. nō solū cognitiuus.

5

sed etiā motiuus. Douet enī et inclināt animā ad bonū psequendū. et malū fugiendū. Et isto modo inquantū scz scientiā dicit et importat/habet se vt supius. cōiungiturq; ipsi p̄mo habitū naturali/supiorib; lumini ratiōis quod synderesis dicit. ita q; propter hoc aliqui. vt hieronimus et alij ipam synderesim prout in supioribus tactū est. cōscientiā seu conscientie iudiciū dicere voluerint. Et tūc cōscientia de se semp recta est. nā tūc circa vniuersalia agibiliū sicut ipsa synderesis versat.

Secūdo vero dicit et importat cōscientia et magis p̄rie. quandā acceptōem seu acceptatōem ex parte ratiōis. Et enī cōscientia p̄rie loquendo nihil aliud est q; applicatio quedā seu ordinatō sciētie ad aliquē actū. scientia aut in rōne est. qd satis denotat hec prepositio cum. dicit enī cōscientia quasi cū alio sciētia. Et tūc cōscientia p̄rie loquēdo magis est actus q; habitus seu potētia. Istosq; modo se habet vt inferius. magisq; coniūgitur rōni simplici. imo tunc dicit quoddā dictamē rōnis. Et hoc modo nō semp de se est recta. imo frequēter errorē recipit. quia tūc cū scz sic ipsi rōni simplici coniūgitur habz circa particularia et p̄ modū cuiusdā cognitionis seu inquisitionis versari. in quib; frequent error et errare cōtingit. **Q**ue clarior p̄ exemplū nonnullorū doctorū cōcipi possunt. Formāt enī quendā quasi cōscientie silogismū. Cuius synderesis maiorē pponit quasi generalē et vniuersalem sic. Nullū malū est faciendū. Cui cōscientia se iuxta primā sui importatiōez seu cōnotatiōem/ipsi synderesi cōiungēs sine q; cunq; difficultate assentit. nec tūc errat Quia circa hmoi maiorē. n̄ est error. Formāt deinde ratiō sub ista maiorē vniuersali minorē/ad aliquē casum seu factū particulare descendēdo. sic Et hoc est malū. Cui minorē si cōscientia se iuxta scdam sui importatiōem seu cōnotatiōez ipsi ratiōi cōiungēs assentiat. potest errare et potest non errare. Infert demū cōscientia ex istis duabus p̄missis cōclusionē sic Ergo hoc nō est faciendū. Que cōclusio similiter erit falsa vel vera. prout scz ipsa ratiō et conscientia se illi coniūgens in illa minorē errauerit. **E**x etiā cōscientia put magis p̄rie et magis cōiter sumit scz dum magis rōni simplici coniūgitur/dicat quandā applica-

tionē seu ordinationē sciētie ad aliqd. sicq; magis actum quendā q; habitū seu potētia importet. patz ex his que ipsi cōscientie attribuitur. scz testificari. accusare. remordere. reprehendere. excusare. instigare. stimulare. remurmurare. incitare. ligare. retrahere. Que omnia (vt clarū est) consequūtur quandā actualē applicatōnem alicuius cognitōis seu sciētie ad ea que agunt. Que quidē applicatō tripliciter habz fieri fm diuersitatē triū temporū videlicet preteriti presentis et futuri. Vno etenim modo et respectu preteriti temporis habet dicta applicatio fieri. dum scz recognoscit aliquid factū vel nō factū esse. Et fm hoc cōscientia de hoc q; sibi vel in malo cōmisso vel in bono omisso aut e conuerso cōscia est p̄tra mentē. testificat eāq; vel accusat. remordet. et rephendit vel etiam excusat. Alio modo respectu p̄sentis temporis habet dicta applicatio fieri. dum scz aliquid faciendū imminet vel occurrit. Et fm hoc cōscientia put de illo in bonū vel malū. fm iudiciū rōnis p̄ applicatōnem sciētie seu cognitōis ad illd iudicantis sibi conscia est mentem ipsam facere vel nō facere. instigat et stimulat et recalcat. Alio modo et respectu futuri temporis habet dicta applicatio fieri dū scz cōscientia ad aliqua in futurū faciendā vel nō faciendā. put sibi de eis fm iudiciū rōnis p̄ applicatōnem sciētie seu cognitōis ad illa iudicantis. conscia est mentem ipsam

incitat et ligat vel retrahit. **P**lures a diuersis doctorib; assignant p̄sciētie descriptōes. Vna a Joh: damasceno. q; cōscientia est lex intellectus nostri. Alia a basilio. q; cōscientia est rōnale iudicatoriū. Alia q; est cognitō sui ipsius. Alia q; cōscientia est habitus mentis. boni et mali discretiui. Alia q; cōscientia est credulitas intentiōis ad aliquid faciendū vel nō faciendū. animi deliberatione firmata. Ex istis cōscientie diffinitionib; seu distinctiōib;. que in effectu bñ resoluēdo in idē cōincidunt. colligi p̄t q; cōscientia respicit et cōcernit/tam facta q; faciēda. immo omnia tempa respicit. vt factis declaratum est.

De conscientia in discreta. **N**otare solent aliq;. cōscientiā nimis largā et etiā nimis strictā cauēdaz

Compendiū theologie

fore aliquas rōnes assignātes Unam scz quia cōsciētia nimis larga generat p̄sumptionē. Namis vero stricta desparōnem. Aliā quia cōsciētia nimis larga frequēter illud qd̄ est malū dicit bonū Namis vero stricta ecōtrario sepe damnat saluādū. Quod nō prout verba iacēt de se sic simpliciter accipiendū est. sed p̄ quādā denotatōem. et maxime in indifferētibus. que scz vt sepe tactū est/ nō habent ex se suosq; genere q̄ sint bona vel mala. meritoria vel de meritoria. Etenim cōsciētia larga/ cōiter de pluribus que frequētissime occurrūt nullum remorsum habz. et sic plura sepe facit que sic faciendo nō peccat. In quibus tñ si remorsus haberet/ peccaret Exindeq; plura peccata euitat q̄ alias incurreret et committeret. Cōsciētia vero nimis stricta/ ecōtrario cōmuni⁹ et quasi de omnibus et frequētissime sine causa remorsum habet et dubitat Et cū plurima necessario facere habeat. plurima facit. que sic cū remorsu faciendo peccat. in quibus tñ si remorsum nō haberet/ nō peccaret. Exindeq; plura peccata incurrit et cōmittit. q̄ alias nec incurreret nec cōmitteret **C**irca quod ac etiā circa plurima tā iam dictoz q̄ dicendoz bene notādū et aduertendū venit. Ex aliud est cōsciētia. aliud timor cōsciētie. Nō in effectu est dicere. q̄ magna est differentia inter habere de aliq; seu facere cōsciētiā et intelligat̄ formatā. et h̄re solum timorē conscie. quē aliq; et bene cōiter scrupulū conscie vocāt. Conscia etenim put iā dictū est scz formata est qñ finalit̄. i. post discussionē et deliberatōem/ ex diffinitiuā sententiā rōis iudicat et firmat aliqd̄ eē faciendū aut psequendū. vel nō faciendū aut vitandū Et cōtra talem cōsciētiā formatam facere/ etiā si erronea sit. sic scilz q̄ rō in sic discutiendo deliberādo ac diffiniēdo errauerit/ est pctm̄. **T**imor vero cōsciētie seu scrupul⁹ est. qñ nō sic finaliter id est post discussionē et deliberatōem ex diffinitiuā sententiā iudicatur. et firmat aliqd̄ esse faciendū aut psequendū. vel nō faciendū aut vitandū. sed mens interdubia vacillat. nesciēs quid sit meli⁹. nec ad quid poti⁹ teneat Non tñ quoquo modo vellet ommittere quicqd̄ sciret esse placituz diuine volūtati. Et cōtra istū timorē seu scrupulū p̄scientie facere/ nō semp̄ est peccatū. licet periculosus valde sit. et quantū

fieri potest abijciendus et extinguendus. Cause istorū inferi⁹ subiūgent. **P**ro q̄ sciendū q̄ inter cetera que sup̄ p̄nti materia cōsciētie p̄ doctores tractant. due solent licet diuersimode fari et determinari questionēs Ex quarū determinatōe/ tā statim dicta/ q̄ adhuc inferi⁹ in hac eadez materia dicenda. q̄ etiā plura alia que in hoc tractatu circa materiā pctōrū mortalis et venial⁹ tractata sunt/ et adhuc forsan tractabūtur. clarius intelligi poterūt. **P**rima igit̄ questio sic tractari solita est. **U**trū cōscia errans obliget. **S**cdo vtrum cōsciētia errans/ excuset **C**irca primā istarū duarum questionū

Utrū scz cōsciētia

errans obliget: qd̄ vt ponit b̄tus Thom. prima scde sue summe est idē in effectu. q̄ querere. vtrū volūtas a rōne errāte discordans/ sit mala et peccet. Cōformit̄ ad aliq; supra tactoz/ triplicē distinxerūt nonnulli actū qualitātē. videlicet q̄ aliq; sunt de se ex suoq; genere seu natura/ boni Alij sunt de se ex suoq; genere seu natura mali. Alij sunt indifferentes scz qui de se ex suoq; genere seu natura nō habēt q̄ sint boni vel mali. vt leuare festucā de terra vel mouere manū. **D**icūt ergo in effectu. q̄ respectu actū duaz p̄maz qualitātū/ si ratio vel cōsciētia de ipsis iudicet et dicet fm̄ verū eoz esse. suāq; propriā naturā. vtputa qz aliquid qd̄ de se ex suoq; genere seu natura bonū est ratio iudicet vt bonum. et exinde p̄scientia dicat hominē teneri ad illud faciendū. vel aliqd̄ qd̄ de se ex suoq; genere seu natura malū est ratio iudicet vt malū. et exinde cōsciētia illud dicat esse phibitū et sic nō faciendū. Null⁹ est ibi error imō rectū iudiciū. Eadē etenim rōne p̄cipiūtur bona et phibent̄ mala. Sed si rō vel cōsciētia de p̄dictis actibus iudicet et dicet cōtrary eoz esse. suāq; p̄riā naturam/ vtputa qz aliquid de se ex suoq; genere seu natura bonū est/ rō iudicet vt malum et exinde cōsciētia illud dicat esse phibitum/ et sic fugiendū. vel aliqd̄ de se ex suoq; genere seu natura malū rō iudicet vt bonū. et exinde cōsciētia dicat hominē teneri ad illud faciendū. tunc ibi est manifest⁹ error. talisq; rō et cōsciētia dicit̄ errans. Et eodē modo respectu actū tertie qlitatis. si rō vel conscia de eis dicet et iudicet

contra vez corū esse suamq; ppriā naturā
 vtruta/ qz aliqd de se ex suoq; genere seu
 natura est indifferens. ratō iudicet bonū
 vel malū. z exinde cōsciētia dicitur hoīz te
 neri ad illud faciendū vel phibitūz sic nō
 faciendū. Est etiā ibi error. sed nō tātus.
 eritq; talis ratio seu cōsciētia errās. s; nō
 tantū sicut in casu pcedēti. **I**ntra que
 dicūt insup predicti q ratio vel cōsciētia
 circa actus tertie qualitatis errans. scz q
 de se ex suoq; genere seu natura sunt indif
 ferentes. siue sit in picipiendo siue in phi
 bendo obligat. ita q voluntas a tali rōne
 taliq; cōscientia sic errāte discordās. i. cō/
 trariū illius qd sic iudicāt z dictāt faciēs
 est mala z peccat. Sed ratio vel cōsciētia
 circa actus duaz primaz qlitatū errans
 iudicādo scz z dictādo ea que de se ex suo/
 q; genere seu natura bona sunt vel neces
 saria ad salutē mala esse z sic phibitaz fu/
 gienda. v; ea que de se ex suoq; genere seu
 natura mala sunt bona esse z sic ex debito
 faciēda nō obligat. **U**n in talib; volun
 tas a tali rōne taliq; cōscientia sic errante
 discordans. contrariūq; illi? qd sic iudi
 catz dictat faciēs. nō est mala nec peccat
 Et ratio p̄t esse. quia nullo mō videri p̄t/
 q aliq; ad id qd de se ex suoq; genere seu
 natura malū est/ possit et maxime ad hoc
 p̄ errorē ratiōis z cōscientie teneri seu ob
 ligari. cuz illud potius ex seipso phibitū
 videat. Ergo etiā ad tale qd quis obligat?
 nō existat. imo ecōtrario videat ab illo p/
 hibitus/ videt q illud nō faciēdo nulla
 rōne peccare poss; imo potius mereatur
 Similiter nec ab eo qd de se ex suoq; ge
 nere seu natura bonū est. posset q; z ma
 xime adhuc p̄ errorē rōis z cōscientie vt ta
 ctū est prohiberi. cū potius ex seipso faciē
 dum videatur. Ergo cū a tali prohibitus
 nō existat. imo poti? ad illud videat obli
 gatus. videt q illud faciēdo nulla rōne
 peccare possit. imo poti? mereat. Non sic
 autē est in indifferētib; que de se ex suoq;
 genere seu natura nec bona nec mala exi
 stunt. Et ideo facili? ex aliqua occasiōe seu
 circūstantia. vtruta ex iudicio rōnis z di
 ctamine cōsciētie possunt bona vel mala
 effici. z exinde ad talia q; teneri z obliga
 ri vel ab eis phiberi. vt satis declaratū est
Sed istā positionē istūq; modū dicen
 di prim approbat z prim impugnat bea
 tus Tho. li. supra notato. Inqntū enim

ponit q ratio vel cōscientia circa actus de
 se suoq; genere seu natura indifferētes er/
 rans/ obligat voluntasq; a tali rōne taliq;
 cōsciētia sic errāte discordans mala est z
 peccat/ eam approbat. Sed inqntū v̄ro
 ponit q ratio vel cōsciētia/ circa actus de
 se ex suoq; genere seu natura bonos l' ma
 los errās nō obligat/ nec voluntas a tali rō
 ne taliq; cōscientia sic errāte discordans
 mala est z peccat/ ipam impugnat. mon/
 strans q idē est dicendū de rōne vel cōsci/
 entia circa actus de se ex suoq; genere seu
 natura bonos vel malos errāte scz q obli
 gat. z q voluntas a tali ratiōne taliq; cōsci
 entia sic errante discordās. mala est z pec
 cat. Sicut dicit de illa que circa act? de se
 suoq; genere seu natura idifferētes errat.
Et causam hui? ex sequētib; effectuali
 ter assignat. Tertū est enī q propriū obie
 ctum voluntatis z a quo ac fm quod ipsi?
 voluntatis bonitas z malicia dependet et
 accipi debet/ est illud quod sibi a ratiōne
 obijcit seu supponit. Non qdē fm q il
 lud ex seipso de sui q; natura est. sed fm il
 lam qualitātē in bonitate vel malicia fm
 quam ab ipā ratiōne apprehendit z ipi vo
 luntati obijcit seu pponit. Etenī (vt frēqn
 tius supra dictū est) ratiō voluntatē moue
 re habet z mouet fm sui obiecti apprehē
 sionē z fm illud qd apprehēdit. Tertū est
 insup (vt iam modicū supra satis declara
 tū est) q ratio. etiā quod bene notandū ē.
 credendo forsan se debite voluntati diuine
 p̄formare. licet tamē tūc erret. p̄t qnq; ali
 quod obiectum apprehēdere z voluntati
 obijcere seu proponere fm aliā qualitātē
 quā illud de se ex suoq; genere seu natura
 nō habet. sic q nō solum cōtingere potest
 in actib; de se ex suoq; genere seu natura
 indifferētib;. sed etiā z eodē modo in casu
 bus q de se ex suoq; genere z natura sunt
 boni z mali. Et est enī q eodē mō po
 test ratio aliqd quod de se ex suoq; gene
 re seu natura bonū est apprehēdere. ac vo
 luntati obijcere seu pponere vt malum et
 econtra sicut illud quod de se ex suoq; ge
 nere seu natura indifferēs est potest vt bo
 num vel malū apprehēdere. ac vt tale vo
 luntati obijcere seu pponere. Cū ergo p̄e
 dicta magis ad ppositū applicando z grā
 alicuius exēpli/ ratio aliqd quod de se ex
 suoq; genere seu natura bonū est appre
 hendit vt malū/ z sicut malū. z p cōsequēs

Compendiū theologie

dicante consciētia fugiēdum ipsi voluntati obijcit seu proponit. iā illud efficit z est propriū obiectū ipsius voluntatis. Nō quidē sub rōne boni z tanq̄ bonum q̄s uis de se ex suis natura bonū existat. qz nō est vt tale ab ipsa rōne apprehēsum et vt tale ipsi voluntati obiectū seu propositū. sed sub rōe mali z tanq̄ malū de per accidens. et sic fugiendū. qz vt tale est ab ipsa rōne apprehēsum. z vt tale dictate etiā consciētia ipsi voluntati obiectū seu propositū. **S**ic ergo vt videt̄ in isto casu. propriū obiectū voluntatis est malū z fugiendū. q̄s uis vt tactū est in illō vt tale apprehēdēdo ac vt tale ipsi voluntati obijciendo seu proponēdo. ipsa ratio ipsiusq̄ consciētia errauerit. Si nūc ergo ipsa voluntas tali rōi taliq̄ consciētie dictamini q̄s uis errātī cōtradiccēdo in tale suū obiectū feratur z se applicet. certū est qz ferē z se applicat in obiectū malū z dictate consciētia fugiendū. z p̄ cōsequēs est mala z peccat. cū voluntarie ferri z se applicari in malum z fugiendū. sit p̄ctm̄. Hec inspicit qz vt sepe dictū est. illud in qd sic ipsa voluntas ferē sit de se ex suoq̄ genere seu natura bonū. Quia vt in tale ipsa voluntas non ferē nec ferri potest in ipm̄. qz vt tale non est suum propriū obiectū. z p̄ cōsequēs etiāz nec ab eo vt a tali p̄t aut debet ipsius voluntatis bonitas dependere z attendi. Cū iura supra tacta ipsius voluntatis bonitas vel malicia a sui propriū obiecti. nō quidē vera eētia seu natura sed q̄litate sub q̄ a rōne siue recta siue errate apprehēdit̄. ipsiq̄ voluntati obijcit̄ seu pponit̄ depēdere habeat z attendi. Et sicut hīc eadē rōne dici p̄t de illo quod de se. ex suoq̄ genere seu natura malū est. si rō illud vt bonū apprehēdat z vt bonū z p̄ consequēs ipsa dictante consciētia debitū z faciendū ipsi voluntati obijciat seu pponat. Nā illud propriū ipsius voluntatis obiectū. nō quidē sub rōe mali z tanq̄ malū q̄s uis de se suis natura malū existat. qz nō est vt tale ab ipsa rōne apprehēsum. nec vt tale ipsi voluntati obiectū seu propositū. Sed sub rōne boni z tanq̄ bonū de per accidēs. z p̄ consequēs debitū z faciendū. qz vt tale est ab ipsa rōne apprehēsum. z vt tale dictate etiā consciētia ipsi voluntati obiectū seu propositū. Et ideo si voluntas tali rōni taliq̄ consciētie dictamini cōtradiccēdo. tale suū obiectū

facere z adimplere recuset. clarū est qz bonū z dictante consciētia debiti z faciendū recusat. qz vt tale est suū propriū obiectū z sic est mala z peccat. qz voluntarie quod debitū z faciendū est. recusare p̄ctm̄ est. **E**t si in casibz p̄dictis opponēdo dicere qz voluntas sic tali rōni taliq̄ consciētie dicramini erranti contradiccēdo bñ mouet. qz ferē z se applicat in bonū z aufugit malum z sic nō est mala nec peccat. imo bona est z bñ facit. patet clare responsio ex statū dictis. Non enī sequit̄ si voluntas in illud quod de se ex suoq̄ genere seu natura bonū est ferat̄ z se applicet. vel illō qd de se ex suoq̄ genere seu natura malū est aufugiat. qz p̄pterea bñ faciat z bona sit. nisi illō faciat sub debita qualitate ac debito mō. sic se qz si in illō qd bonū est ferat̄ z se applicet. hoc faciat sub rōne boni z tanq̄ in bonū. vel si illō qd malū est aufugiat hoc faciat sub rōne mali z tanq̄ malū. nō enī quoad deū seu quo ad meritū vel demeritū inspicit̄ illud qd fit. sed sub qua q̄litate z quo mō seu animo illud fit. **H**ūc ad propositū in casibz supra dictis. licet enī vt ibi satis deductū est voluntas quo ad p̄mū casum ferat̄ z se applicet in illō qd de se ex suoq̄ genere seu natura bonū est. nō t̄m hoc facit rōne boni z tanq̄ in bonū qz vt tale nō est suū propriū obiectū nec sibi vt tale a rōe propositū. sed ferē z se applicat in illō sub rōne mali z tanq̄ malū. Quia vt tale est suū propriū obiectū sibi qz vt tale a rōne propositū zē. Et sic licet in bonū ferat̄ z se applicet. nō t̄m facit sub illa bona q̄litate nec bono mō seu aīo. sed sub mala q̄litate z malo mō maloq̄ aīo. z ideo talis voluntas nō est bona nec bñ facit. sed ē mala z male facit z peccat. Et idē de scdo casu respectu illius qd de se ex suoq̄ genere seu natura malū est. sed a rōne errate apprehēdit̄ ipsiq̄ voluntati obijcit̄ seu pponit̄ vt bonū. Nā licet tūc voluntas aufugiat illud qd de se ex suoq̄ genere seu natura malū est. nō t̄m illō facit sub rōne mali z tanq̄ malū qz vt tale nō est suū propriū obiectū nec sibi vt tale a rōne propositū. sed illō aufugit sub rōne boni z tanq̄ bonū. qz vt tale est suū propriū obiectū. sibi qz vt tale ab ipsa rōne propositū. zē. vt satis ibi deductū est. Et ideo talis voluntas nō est bona nec bene facit sed mala z male facit z peccat. **A**d propositū predictoz duorum

casuū pro clariori eoz intellectu / possunt
 iuxta effectū dictoz ipsius beati Thome
 poni duo exēpla. **P**rimū exēplū respec-
 tu primi casus. credere in xpm est per se
 bonū z necessariū ad salutē. sed volūtas ī
 hoc bonū nō fert. nisi fm quod sibi a rōe
 obijctur z proponit. Si ergo ipsi volun-
 tati a ratione errāte proponat vt malum
 z sic dictante cōscientia nō faciendū. z ni-
 hilominus ipa voluntas tali rationi ta-
 liqz cōscientie dictamini cōtradicēdo. in
 illō ferat z se applicet. clarū est q in illud
 ferat z se applicabit sub rōne mali z tanqz
 malū z nō faciendū. Non qz de se sui qz
 natura malū sit. zc. sed est malū zc. de p ac-
 cidens ex tali scz apprehēsiōne rationis q
 vt malū zc. illud apprehēdit. z vt malum
 ipsi volūtati pponit. Et sic talis volūtas
 de se erit mala z peccabit qz voluntarie in
 malū zc. ferat z se applicare malū est pecca-
 tum. Et ad hoc propositū dicit philoso-
 phus. viij. eth. q per se loquēdo ille incon-
 tinēs est qui nō sequit rationē rectam sed
 de p accidens Ille etiā incōtinens est qui
 nō sequit rōem falsam. i. erroneā. **S**e-
 cundū exēplū respectu secūdi casus. for-
 nicari de se et suo qz genere seu natura. est
 quoddā malū. sed volūtas in istud malū
 nō fertur nisi fm q sibi a ratiōe obijctur
 z proponit. Si ergo a casu ipi voluntati
 a rōne errante proponat vt bonū z neces-
 sariū ad salutē z sic dictante cōscientia vt
 debitū z necessario faciendū. z nihilomi-
 nus ipa voluntas tali rationi taliqz con-
 sciētie dictamini cōtradicēdo illud au-
 fugiat facere qz recusat. clarū est q illō au-
 fugiet z facere recusabit sub ratiōe boni
 et necessarij ad salutem. zc. et tanqz bonū
 et necessariū ad salutem. nō quia de se sui
 qz natura bonū sit et necessariū. zc. sed est
 bonū et necessariū. zc. de p accidens ex ta-
 li scz apprehēsiōne ratiōis. que vt bonū z
 necessariū. zc. ipi volūtati pponit Et sic ta-
 lis voluntas de se erit mala z peccabit. qz
 voluntarie bonū z necessariū ad salutem
 au fugere et recusare facere. malū et pecca-
 tum est. Non tamē vt omnia sane intelli-
 gan in casu istius vltimi exēpli / tali ratiōi
 taliqz rōnis dictamini sic errāti se cōfor-
 mando / bñ faceret. sed solū q etiā cōtradi-
 cendo male facit et peccat. quod quō fieri
 possit inferius latius declarabit. **C**on-

cludit igi finaliter et simpliciter ipse bea-
 tus Thom. post multa hinc inde p eum
 allegata. q omnis volūtas a ratione siue
 recta siue errāte discordās / sit in illis seu
 circa illa que de se et suo qz genere seu na-
 tura indifferentia sunt / siue in his et cir-
 ca ea que de se et suo qz genere seu natura
 bona vel mala existunt / semp mala est et
 peccat. Et quibz et per que satis effectua-
 liter ad primā duarum principalū que-
 stionū supra formatarū p affirmatiuā re-
 spōdere videtur. q scilz cōscientia errans
 obligat. Quod tamē respectu voluntatis
 a ratiōe et cōscientia errante seu erronea
 discordātis sic intelligendū est. q licet ta-
 lis voluntas semp de se sit mala et peccet.
 non propterea tamen vt statim aliquali-
 ter tactū est / sequit q quotienscūqz tali ra-
 tioni et cōscientie sic erranti concordat
 ipsa voluntas bona sit et bene faciat. Est
 etenim dare casum in quo voluntas ratio-
 ni et cōsciētie erranti seu erronee disco-
 dando et cōtra id quod dictaret faciendo
 esset mala et peccaret. Et nihilominus eti-
 am cū eis concordādo et faciēdo quod
 dictarent mala esset et peccatum cōmit-
 teret. **V**t puta quando ratio et cōscientia
 vt est in vltimo exēplo statim supra po-
 sito errando dictarent aliquid quod esset
 cōtra deū eiusqz legem et pcepta. Disco-
 dando vero facit cōtra dictamen ratiōis
 et cōscientie in quo est semp. saltē interp-
 tatiue dei cōtemptus. Et hic est proprie
 casus in quo cadit pplexitas. z exinde eti-
 am dū ad dictam primā questionē supra
 positā respondendo dicit. q cōscientia eri-
 am errās semp obligat. nō est intelligen-
 dū q semp simpliciter obliget ad faciendū
 z subsequendū illō quod ipsa dicat. sed
 sub disiūctiōe ad faciendū. i. et sequendū
 illud qd ipsa dicat vel ad se deponendū.
 vt clarius inferius ex dicēdis pate. epo-
 terit. **P**ro quo clarū intelligēdo. et qz
 materia ista frequenter occurrit / nec clare
 ab omnibus put bene expediret intelligit
 vtile visum est positionē circa hoc domi-
 ni bonauētura quā ad dictā primā qstio-
 nem effectualiter. licet sub alijs terminis
 rōdēdo ponit hic applicare. **F**ormat enī
 questionē sic **U**trum teneamur ad omne
 id quod cōscientia dicat esse necessariū ad
 salutē. Et sub p̄dicto titulo qstionis for-
 mat etiā tres alias qstio-
 nes qstio sub. l. nae.

Z

Cōpendiū Theologie

quas p idem quasi mediū soluit. Et sunt
be in effectu. **U**trū omnis cōscientia liget.
z vtrū liget ad omne quod dicitur. **U**trū
homo sit ppletus quādo conscientia sibi
vtrū dicitur z lex diuina dicitur cōtrarium
Lui sit magis obtempandus. vel consciē
dictamini. vel pcepto plati. cū sibi inuicē
obuiāt z cōtrarianē. **C**irca q̄rum q̄ru/
oz questionū dissolutōem. ponit dictamē
pscie/triplici respectu ad tria genera actu
um psiderari posse. satis ad ppositū distin
ctōis supra posite. licet sub alijs v̄bis. Et
intelligat vt ponit de dictamine cōscien
tie p modū pceptōis vel phibitiōis nō
p modū consilij siue psuasionis. quod p
prie est dicere q̄ intelligendū est de cōscie
tia formata z non de solo timore seu scru
pulo cōscientie. quoz satis supra notata
est differētia. **A**liq̄n etenī cōscia dicitur
ea q̄ sunt fm legē dei. aliq̄n dicitur ea que
sunt cōtra legē dei. aliq̄n dicitur ea q̄ sunt
p̄ter legē dei. **Q**uādo aut cōscia dicitur
que sunt fm legē dei. ipsa simplr ligat ad
faciendū illō qd̄ ip̄a dicitur. imo cū in isto
casu homo iā ad ea q̄ sic cōscia dicitur sit
p legē diuinā ligatus z obligatus. cōscia
q̄ sic illi legi p̄cordat/nō solū ligat imo et
ligatum ostendit. ita q̄ in effectu duo liga
mina cōcurrunt. Et talis cōscientia nullo
mō est deponēda seu abijciēda. imo toto
effectu sequēda. **N**ō vero cōscia dicitur
ea que sunt p̄tra legē dei/ ip̄a etiā cōscia
simpliciter ligat z obligat nō quidē ad fa
ciendū qd̄ ip̄a dicitur sed ad deponendū.
Quia cū talis p̄scia erronea errore repu
gnāte legi diuine q̄diu ip̄a manet/ponit
z tenet hoīez extra statū salutis. z ideo ne
cesse est eā deponere. qz siue tūc hō faciat
quod ip̄a cōscia dicitur siue eius opposi
tū. peccat mortalit̄. Faciēdo etenī in isto
casu quod ip̄a cōscientia dicitur/facit cōtra
legē dei. qd̄ clarū est peccatū mortale esse.
Faciendo vero oppositū illi? qd̄ ip̄a con
scientia dicitur adhuc peccat mortalit̄. non
rōne quidē opis qd̄ tūc facit. sed qz malo
modo facit. Facit enī in contēptū dei. qz
licet illō qd̄ tūc facit de se nō displicat deo
facit tūc acsi displiceret deo cū faciat illud
quod sua cōscia sibi deo displicere dicitur.
Sic ergo facit qd̄ deo displicere credit. fa
ciendo at̄ qd̄ deo displicere credit/ deū cō
tēnit. qz de? nō tūc attendit qd̄ hō faciat.
sed q̄ animo faciat. z sic mortalit̄ peccat

Et bñ circa tā hic q̄ in supioribz dicta
z tractata aduertat. qz quorū scūqz sit mē
tio q̄ volūtas a rōne p̄ponēte z dictate ea
que sunt p̄tra legē seu pceptū dei discor
dans mala est z peccat/intelligat put z in
telligendū est. qm̄ nō clare z euident̄ cogno
scit vtrū illa q̄ sic ip̄a ratō p̄ponit z dicitur
sint cōtra legē seu pceptū dei. imo intel
ligi debz vbi talia q̄ sic ip̄a rō p̄ponit z di
ctat/credūtur esse fm legem z pceptū dei.
Nā si clare p̄gnosceret qz rō humana pro
poneret z dicitaret aliqd̄ p̄tra legē seu pre
ceptū dei talē rōez nullus teneret seq̄ nec
tunc rō eēt totalit̄ errās. s̄z pot̄ q̄si mali
ciose agēs z corrupta. Sed qm̄ rō errans
aliqd̄ qd̄ est p̄tra legē z pceptū dei p̄ponit
z dicitur vt dei pceptū ac sue legi cōforme.
tūc est vere errās. Et tunc dictamē talis rō
nis contēnere. est idē qz dei pceptū contē
nere saltē interpretatiue vt satis supra fre
claratū est. Item dū in supioribus sit fre
quēter mētio de eis q̄ de se ex suoqz gene
re seu natura bona vel mala sunt. z de eis
q̄ sub rōne boni z mali apprehēdunt/in
telligat sp̄ de bonis vel malis fm legē z p
ceptū dei. **U**trū putat qz de se vel ex aliq̄ circū
stantia talia sunt vel vt talia apprehēdū
tur. Quia alias nec virtutes nec peccata/
z per consequēs nec merita nec demerita
essent. Et sic nō proprie ad materiā p̄sen
tem iactaret z cōgtuerent. **Q**uādo aut
cōscia dicitur ea q̄ sunt p̄ter legē dei/ipsa
cōscia ligat z obligat. s̄z nō simplr imo
fm quid z sub quadā disiunctiōe seu al
ternatiua. Scdm̄ qd̄ enim ligat z obligat.
qz q̄diu manet/sub disiunctiōe seu qua
dā alternatiua ligat z obligat. qz ligat et
obligat ad faciendū qd̄ ip̄a dicitur vel ad
se deponendū. Ita qz homo in isto casu te
net talem cōsciam deponere. vel adim
plere. qd̄ ip̄a dicitur. **U**trū pot̄ cōscientia
dicitur qd̄ necessariū est ad salutē leuare se
stucam de terra vel nō portare capucium
in ecclesia oportet vel istā cōscientia de
ponere vel q̄diu manet festucaz de terra
leuare aut capuciū in ecclesia nō portare.
Et ratio huius est. quia cū talia sint p̄ter
legem dei. nullus ad ea faciendā vel nō fa
ciendā de eorum natura obligatur. sed cū
circa ea accedit dictamē consciē/ iā hō et
tali dictamine obligat ad ea faciendā vel
nō faciendā. cū pus nō obligaret. qz p̄tra
dictamen cōscientie facere. est pctm̄. **L**um

igitur q̄d̄m manet tale cōsciētie dictamē
maneat talis obligatio. oportet eā neces-
sario adimplere. alias esset pctm̄. Quā
tale consciētie dictamē depositū est. tūc sub-
lata est illa obligatō q̄ ad talia faciendū vel
nō faciendū obligabat. Et tunc illa talia
sunt vt p̄us de s̄m̄ natura erant scz̄ indis-
ferētia. et tūc ea facere vel nō facere s̄l̄iter
indifferēs est. z̄ sic nō est aliquod pctm̄.

71

Hūc ergo iuxta effectū dictoz̄ ip̄ius dñi
bonauēture p̄dicta ad solutionē ip̄arum
quatuor questionū p̄ modū cuiusdā epi-
logi applicādo. respectu p̄ie z̄ p̄cipalis
questiōis. patet ex p̄dictis. q̄ nō semp̄ te-
nemur ad om̄e id quod cōsciētia dicitur eē
necessariū ad salurē. z̄ tamē q̄d̄m manet
peccam̄ si nō facim̄ illud qd̄ cōscia dicitur
Ergo nō tenemur facere illud qd̄ ipsa dī-
ctat. Quia (vt ex p̄missis patz̄) illā obliga-
tionem alio mō euadere seu tollere possu-
mus scz̄ talē consciāz̄ deponēdo. **R**espe-
ctu vero sc̄de questionis patet ex p̄dictis
q̄ omnis consciā ligat. sed nō semp̄ ligat
ad omne quod dicitur. In eis enī q̄ dicitur
fm̄ legē vel p̄ter legē. ipsa vt iā dictū est li-
gat ad id qd̄ dicitur. in primis qd̄ simplr̄
in sc̄dis vero sub distiūctione sc̄lz̄ ad id
qd̄ dicitur vel ad se deponēdū. In eis vero
q̄ dicitur p̄tra legē dei. ipsa ligat sed nullo
modo ad ea que dicitur. sed simplr̄ ad de-
ponēdū. **R**espectu at̄ tertie questionis
patet ex p̄missis q̄ licz̄ hō in casu dicte q̄-
stionis possit dici p̄plexus ad tps̄ q̄d̄m
scz̄ talis consciā sibi manet. simplr̄ tamē
loquēdo nō est nec debet dici p̄plexus. qz̄
potest imo teneē talem cōsciām deponere
p̄ aliq̄e modo z̄ infra tactoz̄. **R**espectu
vero quartē questiōis patet ex p̄missis q̄
q̄n̄ p̄latus precipit ea que sunt fm̄ legē
dei vel p̄ter legē dei. magis est sibi obediē-
dum q̄ dictamini cōsciētie. imo in his ca-
sib̄ talis cōsciētia que tali p̄cepto p̄lati
contrariā simpliciter est deponēda. qz̄ iā
in his casib̄ cōtra p̄ceptū p̄lati facere. eēt
cōtra legē dei facere. De primis nō est du-
biū cū tunc fm̄ legē dei p̄cipiat. De sc̄dis
vero que scz̄ sunt p̄ter legē dei. hoc idē pa-
tet. qz̄ p̄ceptū p̄lati iā ea que sic p̄ter
legē dei erāt. facit fm̄ legē dei esse. Quā-
do vero p̄latus p̄cipit ea que sunt cōtra le-
gem dei. magis est obediendū dictamini
consciētie q̄ p̄lato qz̄ in hoc casu manifestū
est q̄ p̄trariū illius qd̄ p̄latus p̄cipit. s. il-

lud qd̄ tunc cōsciētia dicitur. est fm̄ legem
dei. Et sic iuxta supra tacta. ad illō facien-
dū sunt q̄si duo ligamina. i. ligamē legis
dei z̄ ligamē cōsciētie. Et p̄terero p̄ceptū
p̄lati nullū est in hoc casu ligamē. qz̄ sim-
pliciter nō obligat. qz̄ p̄tra legē dei p̄ci-
pit. Et intelligat hoc iuxta modicū supra
tacta de dictamine consciētie formate. q̄ scz̄
clare z̄ euidenter cognoscit vel finaliter in
animo iudicat z̄ firmat. tale p̄ceptū p̄lati
esse cōtra legē dei. quia si solū esset timor
vel scrupulus cōsciētie. necesse eēt aliter z̄
magis p̄ p̄ius cōsulere z̄ discutere. anteq̄
tale p̄ceptū p̄lati contēneret. **T**riplex
autē modus consciām deponēdi reperitur.

2

Prim⁹ est ex seipso. p̄ forte scz̄ z̄ feruen-
te meditatiōem z̄ discussiōem casus incū-
bentis. ac ratiōnū circa ip̄m occurrentiū.
diligensq̄ studiū op̄inionū ac sententia-
rū doctoz̄. Et hoc q̄n̄ homo noticiā legē
diuine lumēq̄ scientie ex seipso habz̄.
Sc̄dus modus est p̄ discretū z̄ diligentē
inq̄sitiōem z̄ inuestigatiōem a trās z̄ pi-
tis. ip̄ius legis diuine. Et maxime eis q̄s
q̄s peritiores z̄ magis probare vite. iudi-
cio suo cōmode rep̄ire poterit. Et interdū
iuxta grauedinē casus. vehemētiāq̄ mo-
tus seu dictaminis ip̄ius consciētie. plu-
res ac frequētē. z̄ hoc quādo homo de se
nescit de dicta sua consciētia casusq̄ sibi
incubente. iudicare. vtp̄ura qz̄ noticiā le-
gis diuine non habz̄. In his duob̄ modis
necessaria om̄ino est hūiliatio sp̄s. ac q̄-
dā sui intellect⁹ captiuatio. vt. s. pie velit
credere z̄ cōsentire obedireq̄ eis q̄ per se le-
git. vel ab alijs audit. Iuxta dictum apl̄i.
Captiuantes oēm intellectū in obsequium
p̄pi. Hoc est dicere q̄ ql̄ibet in credendis
pl̄d̄z̄ cōsentire fidei q̄ sibi. z̄ in agēdis pl̄
credere alijs q̄ sibi. **T**erti⁹ mod⁹ est per
p̄uersionē mētis z̄ recursū ad deū. ei⁹ qz̄
consiliū. p̄ humilē z̄ deuotam ac frequētez
orōem. vbi z̄ quādo deest cōsiliū humanū
Iuxta illud sacre scripture. Cum ignora-
mus qd̄ agere debeamus. hoc solū habe-
mus residui vt oculos nostros dirigam⁹
ad te. q̄uis et hīc modus non debeat ab
alijs duobus p̄cedētib̄ deesse. immo
cum eis concurrere. **Q**ui autē alio mo-
do. vt frequēter apud plures contingit
consciētiā suā deponit. magna peri-
ricula et p̄ius q̄m plures forsan credant.
incurrit. Tuncqz̄ / non est proprie con-

Cōpendiū Theologie

scientie depositio. sed contēptus grauis/
z supba p̄sumptio. Beat⁹ enī homo q̄ sp̄
est pauidus in eis scz q̄ ad salutē p̄tinent
¶ Ex istis trib⁹ modis cū nōnullis sup̄
us tractatoz/possunt notari octo ex qb⁹
causari z puenire solet ipius consciētie er
ror. Prīmū est ignorātia. qm̄ scz q̄s ne
scit qd sibi eligendū vel declinandū sit

Secūdū est negligētia. cū quis scz negli
git p̄sciētā suā discutere. vel si p̄ discussi
onem se expedire nesciat: negligit tūc ab
alijs q̄rere Tertiu⁹ ē supbia. qm̄ scz q̄s nō
humiliat intellectū suū vt meliorib⁹ z sa
pientiorib⁹ se credere velit. ¶ Quartū est
singularitas. qm̄ scz hō suū p̄ziū sensum
seqns/nō vult se alijs p̄formare. nec seq̄vi
as cōes bonoz. s̄ qd li. nūeroz scribitur.

Extrema castroz p̄sumpsit ignis ¶ Qui
tū est affectio inordinata. q̄ sepe inclināt
p̄sciaz ad id qd hō tūc appetit. z sic fac̄ eā
a sua rectitudine deuiare Juxta dictū Se
neca Perit om̄ne iudiciū/cū res trāsierit in
affectū. ¶ Sextū est pusillanimitas. pro
pter quā. s̄. q̄s freq̄nter timz ea q̄ fm̄ rectū
iudiciū rōis timēda nō sunt. ¶ Septimū
est pplexitas. qm̄. s̄. hō se inter duo peccata
positū esse credit z vtrūq̄ declinare qm̄. s̄.
in vnū incidat iudicat ipossibile. S̄z ad
vez (vt ex supra tactis satis patet) pplexi
tas proprie loquēdo nihil est simplr. sed
fm̄ qd. tamē pōt esse aliq̄s pplexus. fm̄. s̄.
consciaz erroneā. sed statī vt etiā supra ta
ctū est/eā deponēdo p̄t liberari. ¶ Octa
uū est hūilitas. cordisq̄ puritas ¶ In Bre
go. Bonaz mentiū est ibi culpas agno
scere vbi culpa nō est. ¶ Septem prima
sunt mala z rep̄hensibilia. z error ex eis p
ueniēs valde piculosus. Octauū p̄o lau
dabile est. errorq̄ ex eo pueniēs/p̄z me
ritoz. imo nec error proprie dici dz. sed
quedā humilis suoz defectū suoz fragi
litaris recognitio. dū tamē nō sit nimius

A

¶ Respectu secunde duarum questionū
principaliū qua scilz queritur.

Utrum consciētia

errans seu erronea excuset. qd iuxta eūdē
beatū Thomā vt de p̄ria q̄stione p̄cipa
li in simili dictū est. est idē in effectu q̄ q̄
rere. vtz. volūtas rōi errātī seu erronee cō
cordās/sit bona: veniūt iuxta intentōem
ipius beati Thomae p̄siderāda q̄ sequunt̄

¶ Primo (vt freq̄nter in sup̄iorib⁹ dictū

est) bonū z malū in moralib⁹z magis cla
re ad propositū ceptū loq̄ndo/ q̄ ad meri
tū z demeritū/ p̄sistit in actu inq̄ntum est
volūtarius. ita q̄ bonitas vel malicia/ ali
cui⁹ act⁹/ ab ipa volūtate seu volūtatis im
perio depēdet. qz si actus eēt inuolūtari⁹
nec meritori⁹ nec demeritori⁹ esset Et hīc
est illud sepe allegatū beati Aug. q̄ omne
pctm̄ volūtariū est adeo. q̄ si volūtariū
nō esset pctm̄ nō eēt ¶ Aduertendū est in
sup̄ q̄ quoad p̄positū/ p̄ns ignorātia sub
duplici q̄litate inuenit. Una est q̄ causat
inuolūtariū. i. q̄ dū cōtingit seu occurrit/
reddat seu efficit actū inuolūtariū. z hoc
proprie indirecte. qz scz priuat hoīez a co
gnitiōe q̄ p̄erigit ad hoc q̄ aliqd volūtari
um existat Alia est ignorātia q̄ nō causat
inuolūtariū. i. que dū p̄tingit seu occur
rit/nō propterea actū inuolūtariū reddat
seu efficit. q̄ inferius magis declarabunt̄.
Ex qb⁹ duob⁹ dare seq̄tur q̄ illa ignorā
tia que dū p̄tingit seu occurrit reddat seu
efficit actū inuolūtariū. tollit a tali actu
oēm rōem boni z mali moralis/meriti q̄s
z demeriti. Illavero q̄ dū occurrit nō red
dit seu efficit actū inuolūtariū. dictā rōez
boni z mali meritiq̄z demeriti nō tollit.
¶ Ex p̄dictis q̄ vt iā statī dictū est/ tal rō
boni z mali meritiq̄z demeriti/ a volūta
te depēdet ¶ Est p̄terea p̄ p̄dictoz z aliq̄/
rū subseq̄ntiū itellectu notādū q̄ ignorā
tia triplici mō seu sub triplici respectu se
p̄t ad actū volūtatis h̄re ¶ Uno mō antecē
denter ¶ Alio mō p̄comitant ¶ Et alio mō
cōsequēter ¶ Antecedēter at se hz ignorātia
ad actū volūtatis/ qm̄ nō est volita/ seu vt
iā dicat volūtaria. z tamē est causa volen
di aliqd qd alias homo nō veller scz si ta
lis ignorātia nō esset vtputa qm̄ hō igno
rat aliquā circūstantiā act⁹ quā scire non
tenebat/ z ex hoc aliquid agit quod nō fa
ceret si illam circūstantiā sciret. Et po
nit ipse beatus Thomas exemplū de illo
qui diligētia de hinc inde circūspicien
do adhibita/ ignorās aliquem trāsire per
viam/ proijcit sagittam/ qua trāsēuntē in
terfecit In isto enim casu/ ista ignorātia
istius circūstantie/ scz trāsitus istius ho
minis non est volita nec volūtaria/ qz iste
proijciēs sagittā bene voluisset trāsire
illi⁹ hominis scire/ z tamē est causa volen
di quia alias iste homo nō voluisset scilz
proijciendi illā sagittā/ quā alias nō pie

B

eisset. si scz illā circūstantiā transitus illi⁹ hominis sciuisz. Et ita de multis alijs q̄ frequētissime occurrūt. Et hec ignorantia sic antecedēs simpliciter causat inuoluntariū. i. dū contingit z occurrīt actū inuoluntariū reddit seu efficit. **C**ōcomitāter autē se habet ignorantia ad actū voluntatis/ quādo est de eomet qd̄ agitur. qd̄ si etiā sciret/ nihilomin⁹ ageret. ita q̄ ipa ignorantia nō inducit ad volendū vt illō fiat. sed solū cum tali facto cōcurrīt. ita q̄ si mul cōtingit illud esse factū. z esse ignoratum. **U**t iuxta exemplū beati Tho. de illo qui q̄rit hostē occidere. z animo suo occidere firmavit. cōtingit q̄ casu vel in ne more vel alias istum hostē sagitta vel lancea occidit. sed dūz eum occidit. credit occidere ceruū. In isto enī casu ista ignorantia q̄ tunc hostis ille ibi esset z q̄ tūc occidat. cōcurrīt cū ipso facto scz cum ipsa occisione. ita q̄ simul cōtingit illū hostē occidi z occidi ignorari. nec ipa ignorantia q̄ scz ille hostis tūc ibi esset/ induxit istuz occisorē ad eū occidendū. qz ita bene euz occidit. si ibi tūc eū esse sciuisset sicut occidit quādo ignorabat. Et talis ignorantia dum cōtingit seu occurrīt non reddit seu efficit actū inuoluntariū. quia nō causat aliqd̄ quod sit repugnās volūtati. i. p̄ quod volūtas si sciret impediret facere qd̄ tunc facit. vt satis est considerare in exemplo statim posito. Sed talis ignorantia si bene aduertat bñ causat seu efficit actū. p̄ illo instāti quo fit nō voluntariū. sic scilz q̄ pro illo instāti quo sic voluntas nō habeat actualiter volitionē illū actū faciendi vt etiā patet in dicto exēplo statim posito. Clarū est enī q̄ ille occisor p̄ illa hora qua illū hostē sic a casu occidit/ nō habet actualit̄ volūtatē eū occidēdi. qz tunc ibi eū eē ignorabat. imo ceruū ibi eē z ceruū occidere credebat. Hec seq̄tur q̄ si talis ignorantia reddat seu efficiat actū nō voluntariū. q̄ p̄terea eū reddat inuoluntariū. **D**igna etenī int̄ ista duo est dīna. Reddere etenī seu efficere actū nō voluntariū/ ē facere qd̄ volūtas p̄ instāti quo ille actus fit/ nō habeat actualē volitionē eū faciendi. Reddere vero seu efficere actū inuoluntariū est facere q̄ voluntas actualē seu habitualē volitionē habeat illū actū nō p̄ficiēdi. q̄ valde int̄ se differūt. **D**igna etenī differētia est inter non velle facere. et velle

nō facere. **P**rimū p̄dictorū vt iā tactū est bene causat seu efficit ignorantia cōcomitans. de q̄ nūc agit. Sed scdm̄ nō causat nec efficit. Et ratio est. qz idē nō pōt eodē instāti esse actualiter volūtū z ignoratū. sz bñ pōt eodē instāti esse habitualit̄ seu dispositiue volūtū z ignoratū. **C**ōsequēt̄ autē se habz ignorantia ad volūtātē. in q̄ntū ipsa ignorantia est volūta seu volūtaria. **N**ō duobz modis cōtingere pōt. **U**no mō directe. **A**lio mō indirecte. **D**irecte q̄ndo actus volūtatis fert̄ in ipam ignorantia. sicut cū aliq̄s vult ignorare. vt excusatiōez peccati habeat. vel vt a peccādo nō retrahat. **J**uxta illō iob. xxiij. **S**cientiā viarū tuarū nolum⁹. Et hec dicit̄ ignorantia affectata. **I**ndirecte vero itez duplicit̄ cōtingere potest. **U**no mō cū aliq̄s actu nō p̄siderat qd̄ cōsiderare debet z pōt. Et hec dicit̄ ignorantia male electōis. vel ex passiōe aliqua. vel ex malo habitu. pueniēs. **A**lio modo cū aliq̄s noticiā quā de aliq̄bus deberet habere nō curat adquirere. z fm̄ hunc modū ignorantia vniuersaliū iuris que q̄s scire tenet/ volūtaria dicit̄. q̄si p̄ negligentia pueniēs. **C**ū enī nō nisi p̄pter negligentia habeat. voluntarie haberi videt̄. **H**ūc igit̄ p̄dicta ad p̄positū solutionis p̄dicte scōde questōis p̄ncipalis iuxta intentōem eiusdē beati Thome applicādo. **S**i rō vel conscia/ erret errore volūtario. q̄ scz nō causat inuoluntariū. vtputa quia puenit ex ignorantia. vt cōcomitāte. q̄ scilz cū actu cōcurrīt nec ad ipm̄ p̄ficiendū inducit. vel cōsequēte q̄ scz volūta seu voluntarie est. vel directe p̄pter negligentia vtputa qz est error seu ignorantia circa id qd̄ q̄s scire tenet vel p̄siderare d̄z p̄t. tūc talis error rōis vel p̄scie/ nō excusat quin voluntas tali rōni vel p̄sciētie sic errāti p̄cordās sit mala. **S**i aut̄ sit error q̄ causat inuoluntariū vtputa ex igrantia antecedēte. q̄ ex igrantia alic⁹ circūstantie absq̄ oī negligentia causat. pueniēs. tūc talis error rōis vel p̄scie/ volūtate. tali rōni vel p̄scie sic errāti p̄cordātē excusat. vt nō sit mala. vtputa grā alic⁹ exēpli **J**uxta eū/ dē btūm Tho. si rō z p̄scia alicui⁹ adeo errent q̄ sibi dictēt q̄ possit ad v̄torē alicuius accedere. volūtas tali rōi z p̄scie sic errāti p̄cordās/ mala est nec excusat/ eo q̄ error ille puenit ex ignorantia legis dei. quā scire tenet vel inq̄rere. **S**i aut̄ ratio z con/

• Cōpendiū theo. De natura

scientia p̄dicti hominis in hoc errent/ q̄
aliquā mulierē quā loco sue vxoris de no
cte submissam ignorat/ credat esse vxorē
suā. ⁊ illa muliere debitū reposcere/ velit
eā cognoscere/ excusat volūtas ei⁹ vt non
sit mala. Quia error iste ex ignorantia ali
cuius circūstantie prouenit. q̄ inuolun
tariū causat. ⁊ sic excusat. ¶ Possunt alia
multa exempla cōcipi ⁊ ad p̄positū appli
cari. immo fr̄q̄nter occurrūt casus diuer
si in hac materia. ¶ Pro ampliori adhuc
tam p̄dictorū/ q̄s materie in se declaratiōe
expediēs v̄sum est determinationē trius
questionū. quas sup sc̄do sententiaꝝ tra
ctat dñs petrus de tharēthasia/ ordinis p̄
dicatoꝝ/ olim Innocēti⁹ papa. v. hic iur
ta effectū dīctorū suorū. breuiter subne
ctere. Prima questio est. Utrū ignoran
tia sit peccatū? Utrū ignorantia excusat
p̄ctm? Que ignorantia excusat p̄ctm? ¶
Circā primā questionē/ norandū primo
fm eū venit/ q̄ cū culpa sit defectus volū
tarius/ eius rei q̄ debet inesse/ ipa ignora
tia inquantū caret volūtario caret culpa
sed inquantū habet de volūtario/ habz de
culpa. ¶ Tū insup vt etiā dicit priuatōes
p̄ habitis cognosci habeāt. vt puta iuxta
p̄positū ceptū loquēdo. ignorantia p̄ sci
entia. aduertendū venit q̄ triplex quātū
ad materiā p̄ntem spectare videt̄ repit̄ sci
entia. Una est imprinētū ad salutē. Alia
vtiliū ad salutē. Alia necessariorū ad salu
tem. Imprinentiū ad salutē. vt scire geo
metriā vel arithmeticam vel hmōi vtiliū
ad salutē. vt scire epl̄as pauli. act⁹ ap̄lorū
⁊ hmōi. Necessariorū ad salutē. vt scire xij
articulos fidei. decē precepta legis. septē
peccata mortalia ⁊ hmōi. Et intelligant̄
hec fm status ⁊ grad⁹ p̄sonaz. qz aliqd est
necessariū ad salutē scire respectu vnus/
quod solū esset vtile respectu alterius Ali
quid etiā est necessariū vni ad salutē scire
explicite. quod sufficeret alteri scire impli
cite. ⁊ similiter de plurib⁹. ¶ Respectu q̄z
p̄ oppositū triplex. etiā repitur ignorantia
scz imprinentiū ad salutē. vtiliū ad salutē
⁊ necessariorū ad salutē. Prima siue sit vo
luntaria siue inuolūtaria nō est peccatū.
Sc̄da siue etiā volūtaria fuerit siue inuo
lūtaria. nō est de se p̄ctm. licet homo eam
contēnendo peccare posset. Tertia p̄o ig
norantia scz necessariorū ad salutē. itez tri
plex repitur. Una scz om̄ino inuolūtaria

Alia om̄ino voluntaria. Et alia p̄imvo
luntaria. p̄im inuoluntaria. Prima ē in
eis qui scire nō possunt. vt sunt infantes
pueri ⁊ hmōi. ⁊ hec nō est in culpa. ⁊ p̄ cō
sequens nec p̄ctm sed solū est quedā pena
inquantū scz ignorantia/ scientie carētiam
⁊ sic quandā imp̄fectōem dicit. Sc̄da est
in eis qui scire possunt. sed nolunt. Et sic
ignorantia velle habere vident̄ ⁊ affecta
re. Et hec proprie nō dicit̄ pena cū sit vo
lita. sed est culpa ⁊ p̄ctm. nō rōe q̄dem ig
norantie in se. Ignorare etenim de se nullū
p̄ctm est. sed rōne puerse volūtatis igno
rādi ea q̄ q̄s scire tenet ⁊ q̄ sibi necessaria
sunt ad salutem. Nec enī malū actū culpe
velle/ solū modo p̄ctm est. sz etiā velle ma
lum pene ordinātis ad culpā. q̄lis est ig
norantia eoz que sciri debet. est peccatū.
Tertia ignorantia est in eis q̄ scire p̄nt et
bene vellēt/ sed scire negligūt. Et hec par
tim est pena p̄im culpa ⁊ p̄ctm. Pena q̄
dem inq̄ntū scz talis ignorantia que vt ta
ctū est quandā imp̄fectōem dicit. nō est p̄
prie volita. immo quodāmodo displicēs
Culpa vero ⁊ p̄ctm inq̄ntū ex defectu ho
minis. sua scz negligētia venit q̄ ipse scie
tiam eoz que scire tenet ⁊ que sibi necessa
ria sunt ad salutē/ nō habet cū habere. pos
set. ⁊ sic quodāmodo volūtarie hāc igno
rantia habere videtur. nō quidē volūtate
efficiente vt in p̄cedēti. sed volūtate omit
tente q̄ licet nō p̄prie ⁊ vere. effectualit̄ tū
⁊ interpretatiue volūtas est. Et ex his patz
solutio predictę prime questiois. ¶ Se
cunda vero predictarū trium questionū/ E
eisdē q̄si medijs fm p̄fatū doctoꝝ dissol
uit. ¶ P̄supponit enī p̄rio illud tā sepe
supra tactū. q̄ scilz oē p̄ctm inq̄ntū est vo
lūtariū intātū est p̄ctm. Ex q̄ infert q̄ illō
q̄d diminuit de voluntario diminuit de
p̄ctō. Deinde illā triplicē dīnaz ignoran
tie in determinatiōe q̄stiois p̄cedētis posi
tā/ effectualit̄ resumit dicēdo. Ex p̄ria ig
norantia om̄ino inuolūtaria q̄ dicit̄ inuinci
bilis qz vinci nō p̄t. vt q̄ est in pueris ⁊ a
natura insensatis a toto. i. totalit̄ excusat
p̄ctm. ¶ Sc̄da p̄o ignorantia scz om̄ino vo
lūtaria/ q̄ dicit̄ ignorantia affectata nullo
mō excusat p̄ctm. quia vt p̄ magistz sen
tentiaꝝ dicitur. Et si talis ignorantia ex
cuset inquantū ignorantia est. aggrauat
tamē inquantū est affectata. Vñ tantum
aggrauat quantū excusat. Et circa hanc

ignorantiā qz de ipsa frequēter verbū oc/currit/advertat. qz nulla ignorantia de se est simplicit̄ affectata. Et enī om̄es hoīes iuxta p̄hm/naturaliter scire desiderāt. sed est bene aliq̄ ignorātia de p̄ actidens affectata. inquantū scz sciētia ei opposita creditur debere hominē mouere seu inducere ad aliqd̄ quod ipse nō vult z qd̄ sibi displicet. **T**ertia vero ignorātia scz p̄tim voluntaria z p̄tim inuolutaria. qz scz vt satis supra tactū est a voluntate omittēte. nō autē a voluntate efficiēte seu approbāte p̄cedit. excusat a tāto. sed nō a toto. i. nō totaliter excusat p̄ctm̄. sed bñ grauitatē peccati diminuit. Ita qz peccatū p̄ tales ignorantia cōmissum/nō est de se ita graue/ si cut esset si talis ignorātia nō haberet. Et intelligat̄ hoc de ignorātia que p̄ aliquē modū dat cām ipsi peccato. sic scz qz si ipsa nō esset/peccatū illud nō cōmitteretur vel nō eodē mō cōmitteret. Nam est alia quedā species ignorātie om̄e generaliter p̄ctm̄ cōcomitans de qua nihil ad p̄ns p̄positū. **C**irca vero tertiā z vltimā p̄dictaz triū questionū sic distinguēdo dicit p̄fatus doctor. qz duplex est ignorantia. **Q**uedā est facti quedā est iuris Igno rantia facti dupliciter cōtingere potest Aut scz adhibita diligentia. z hec excusat a toto. quod exponat̄ vt supra. Et exēpli ficat de cōcubitu iacob cū lya primogenita filia laban. quē concubitu talis ignorantia excusauit. Aut talis ignorātia facti contingit nō adhibita debita diligentia. z hec excusat a tanto. sed nō a toto. quod etiā vt supra exponat̄. z exemplificat de facto lamech dū occidit caym. cū tamē ferā putaret occidere. Qd̄ factū talis ignorantia nō excusauit a toto sed bñ a tāto. **I**gnorātia autē iuris vt iam aliq̄liter in superioribus declaratū est/sub duplici qualitate reperitur. vna vincibilis. alia inuincibilis. Vincibilis quā scilicet vt etiā supra expositū est qd̄ vicere potest. iterū duplex reperitur. Una affectata. qñ scilz iuxta etiā superius notata aliquis ea q̄ iuris sunt q̄ scire tenet z scire potest/scire nō vult. imo illam eorū ignorantia quodāmodo ne a peccato retrahat̄ se habere cōplac̄ Et hec ignorātia in nullo se excusat. nec scilz a toto/nec a tanto. Alia dicit̄ simplex. cū. s. iuxta etiā sup̄ notata aliq̄s ea q̄ iuris sunt que scire tenet/bñ scire veller. s. cum scire

possit negligit. Et hec ignorātia excusat a tanto sed nō a toto. **I**gnorātia vō inuincibilis sub duplici etiā qlitate reperit̄. Una innata. alia incidens Innata oīno excusat. z a tanto. z a toto. vt infantibz. z a natura insensatis. Incidēs vero itēz duplex est fm̄ scz qz dupliciter p̄tingere potest Una nāqz incidit sine culpa. Alia vō incidit ex culpa. Prima q̄ scz sine culpa incidit. vt qñ gr̄a exēpli homo dādo opam rei licite/efficit furiosus. z hec qñ totalit̄ ligat seu impedit rōem seu vsum rōis excusat a toto. alias nō. De secūda vero incidētī scz ex culpa. vt qñ hō p̄stitit cām sue ignorātie duplex est opinio. Una est que ponit qz si talis ignorātia rōnem seu vsum rōis oīno ligat seu impedit. tūc peccatū quod seq̄tur excusat. **E**t gr̄a exēpli Cū furiosus q̄ p̄ suā culpā incidit in furia. ex vi illi⁹ furie occidit hoīm. talis enī nō peccat. qz vt anīal brutū in solo impetu mouet z nō rōne. Alia est opinio q̄ ponit qz talis ignorātia nō excusat a toto. s. bñ a tāto. Cū in casu p̄cedētī talis furiosus vt dicit min⁹ peccat. qz si furiosus nō esset. peccat tamē. Prima opinio pbabili or videtur. Propter dubiū tamē/talibz si sanētur debet fm̄ canones penitētia iniūgi. **E**t hec q̄ntū ad naturā seu qualitātē conscientie dicta sufficiant.

De natura qualita B

Nte z numero circūstātiarū
 Hinc de natura z qlitate z nūe/ro circūstātiarū aliq̄ dicēda veniūt. Et enī vt sup̄ tactū est ad cognoscēdā dīnāz nature z qlitatē p̄ctōz tā mortal̄ qz venial̄. n̄ modice p̄fert h̄mōi circūstātiarū naturā coḡscere diligētqz dū casus occurrūt p̄siderare ac debite attēdere. Et hinc ē qz cōit̄ p̄ doctores tres assignatur cause p̄ncipales. p̄t̄ qz h̄mōi circūstātiarū p̄sideratō/n̄ solū ad scia; moralē. sed valde p̄ncipalr̄ ad scia; theologica p̄tinēz qlis nō dubiū est scia regim̄is istructōis z directōis aīaz maxie in foro p̄niali. q̄ vt dicit̄ Reg. i pastorali Ars ē artū. scia scia; **P**ria cā est qz h̄mōi scia theologica cōsiderare h̄z act̄ h̄ūanos. fm̄ qz per eos hō ad b̄ritudinē salutēqz etnā ordiat̄. Dē at̄ qd̄ ad aliq̄ finē ordiat̄ oportet illi fini p̄portionatū. Actus at̄ h̄ūani fini p̄portionant̄ fm̄ quādā cōmensuratōem que fit

Compendiū Theologie

per debitas circūstantias. rationabiliter ergo ad predictā sciētiā theologicā p̄tinet. ipsarū circūstantiarū consideratio.

Secūda causa est. quia ipsa etiā sciētia theologica cōsiderare habet actus humanos. s̄m quod inuenit̄ in eis bonū ⁊ malū. meli⁹ ⁊ peius. Hec aut̄ in ip̄is actib⁹ humanis frequētissime ex circūstātijs reperunt̄. s̄m q̄ ip̄as circūstantias vt infra declarabit̄ diuersificant. rationabiliter ergo ipsarū circūstantiarū consideratio ad huiusmodi theologicā sciētiā p̄tinere dicitur et p̄tinet.

Tertia causa quia ip̄a etiā sciētia theologica cōsiderat actus humanos s̄m q̄d sunt meritorij vel demeritorij. quod q̄dem cōuenit̄ actib⁹ hūanis ad quod requiritur q̄ sint voluntarij. Actus autē humani frequētissime iudicari hūnt voluntarij vel inuoluntarij s̄m cognitiōez vel ignorātiā circūstantiarū. Rationabiliter igitur circūstantiarū cognitio ad huiusmodi sciētiā theologicā p̄tinere dicitur ⁊ p̄tinet. Ad declaratiōem igit̄ materie p̄ticularius descendēdo. circūstātia sic describit̄. q̄ est accidēs actus humani Et intelligat̄ ista descriptio nō de accidēti quod inest rei vt sua q̄litas. sicut albū dicit̄ accidens rei albe. sed intelligat̄ accidens quasi cū alio siml̄ in eodē subiecto cōcurrentes ⁊ existēs. extra tamē substantiā ip̄ius cum quo sic cōcurrit ⁊ existit. Sic enī circūstātia dicit̄ accidēs actus hūani. quia cū actu humano simul in eodem subiecto cōcurrit ⁊ existere potest. Est tamē extra substantiā ip̄ius actus humani nec est de eius substantiā. Quod s̄m nomen de se importat ⁊ cōnotat. Dicit̄ enī circūstātia quasi circū aliquid stans.

Circūstātie autē s̄m quas vt supra tactū est. act⁹ h̄mōi iudicari habēt boni vel mali/meliores vel peiores/meritorij ⁊ demeritorij. ⁊c. ⁊ p̄ consequēs ad beatitudinē salutēq̄ eternā ordinari assignant̄ a tullio in sua rhetorica septē. que cōtinent̄ in isto versu Quis. quid. vbi. quib⁹ auxilijs cur. quomō. quādo. Etenī iuxta quod ip̄e tullius dicit. In actib⁹ humanis ad eorū bonitatē seu maliciā debite dinoscēdā p̄dicta considerāda veniūt. scilz quis est q̄ fecerit. quid est quod fecerit. vbi fecerit. q̄ bus auxilijs. in instrumentis vel medijs fecerit. quare fecerit. quō fecerit. quādo fecerit Philosophus autē in tertio ethicoz ad

dicit octauā circūstātiā scz circa q̄d. Sed tullius eā sub illa circūstātia quid. p̄prehendit. Hic tamen ip̄arum circūstantiarum fiet declaratio s̄m numerū ⁊ positio nē philosophi. **N**umer⁹ autē seu sufficiētia istarū circūstantiarū sic sumi potest Circūstātia enī vt iam dictū est dicit̄ q̄ si extra substantiā actus existēs. sed tamē ip̄m actū aliquo mō attingens. Triplici autē modo seu respectu potest circūstātia actū ip̄m humanū attingere. Vno mō inquantū attingit ip̄m actū in se. Secūdo modo inquantū attingit cām ip̄ius act⁹ Tertio modo inquantū attingit effectū ip̄ius actus. Respectu primi modi dupliciter potest ip̄a circūstātia ip̄m actum in se attingere. vel p̄ modū scz cuiusdam mēsure seu cōmensuratōis ⁊ sic erūt circūstātie respiciētes seu cōcernētes locū ⁊ temp⁹. q̄ denotant̄ p̄ hec duo verba in predicto versu posita. scz vbi. ⁊ quādo. vel p̄ modū q̄litaris ip̄ius actus. ⁊ sic erit circūstātia respiciēs seu cōcernēs modū agendi quo. s. actus ip̄se factus est. q̄ denotat̄ p̄ hoc verbū quō. Respectu vero secūdi modi scilz respectu cause ip̄ius actus. cum oīm actum ⁊ affectuū humanoz q̄tuor sunt causarū principales. scz efficiēs. materialis. formalis. ⁊ finalis. quadruplex circa istas q̄tuor causas accipit̄ seu occurrit differentia seu qualitas circūstantiarū. Circa enī causam efficientē alias accipit̄ seu occurrit circūstātia ip̄ius agētis que denotat̄ per hoc verbū quis Circa cām materiale accipit̄ seu occurrit circūstātia circa obiectū que denotat̄ p̄ hoc verbū quod ad dicit̄ p̄s. scz circa quid. Circa cām formalem accipit̄ seu occurrit circūstātia circa causam coagētem seu coopantem seu cōcurrentē. que notat̄ p̄ hoc verbū quib⁹ auxilijs. Et intellige vt iam tactū est. vel instrumentis. ⁊c. vel h̄mōi que faciūt ad formam act⁹. Circa causam finale accipitur seu occurrit circūstātia circa propositū ⁊ intentōnē agētis que denotat̄ p̄ hoc verbū cur. i. propter quid qua de causa ⁊c. Respectu vero tertij modi. scz respectu effectus ip̄i actus accipit̄ seu occurrit circūstātia. circa illud quod ex tali actu cōtigit ⁊ secutū est. que denotat̄ p̄ hoc verbū quid. De igitur sunt circūstātie ex q̄ bus vt pluries tactū est. actus hūani q̄ad bonitatem vel maliciā. meritū vel demeri

tum rē. iudicari habent nec plures reperi
 ent quin ad aliquā premiffarū sint redu/
 cibile. **E**t ad maiorē instructōez medi
 ocritū et simplicitū quibz. vt supius tactū
 est nō tanta scientiā vel librorū facultas
 suppetit/expediens iudicatū est de predi
 ctis circūstantiis aliquid exemplifica
 ri. vt exinde in similia facilius manuduci
 possint. et seruando ordinē versus supra
 positi. **R**espectu igit primū verbi scilz
 quis. certū est q̄ ceteris alijs paribz graui
 us peccat sacerdos q̄ simplex clericus. et
 grauius clericus q̄ simplex laicus. et gra
 uius vir q̄ femina. **R**espectu secūdi. scz
 quid. certū est q̄ ceteris alijs paribus ho
 micidiū est grauius peccatum q̄ furtū. et
 adulteriū q̄ simplex fornicatio. **R**espe
 ctu tertij. scz vbi. Certū est q̄ ceteris alijs
 paribus furtū vel percussio. vel fornicatio
 que fieret in ecclesia vel alio loco sacro. est
 grauius peccatū q̄ si fieret extra ecclesiā et
 in loco nō sacro. **R**espectu quarti scilz
 quibz auxilijs instrumētis vel medijs. et
 certū est q̄ domū ad predandū intrare p
 falsam clauē. vel seram aperire per instru
 menta subtilia. vel p subordinatōnem fa
 muli aut ancille ceterz alijs paribz/ est gra
 uius peccatū q̄ a casu inuentā aperta vel
 perforamē muri nō obstructū intrare. **R**e
 spectu quinti scz cur seu propter qd. cer
 tum est q̄ latitare in nemore vel alio loco
 suspecto. seu cōducere societate aliquā in
 tentōne aliquem vel aliquos occidēdi ce
 teris alijs paribus est graui⁹ peccatū q̄ p
 dicta facere intentōne sola depredādi. **R**e
 spectu sexti scilz quō. certū est q̄ cete
 ris alijs paribus grauius est peccatū ho
 minē ex proposito deliberato et per insidias
 q̄ subito motu subitoqz incurfu occidere
 Et grauius ceteris alijs paribz veneno in
 cōiunio q̄ gladio aperte inuadēdo occi
 dere. **R**espectu septimi. scz quādo. cer
 tum est q̄ domū pro depredādo de nocte
 intrare. ceteris alijs paribus est grauius
 peccatū q̄ de die intrare. Et fornicari die
 sancto pasche. vel alio solēni ceteris alijs
 paribus graui⁹ est peccatū q̄ die nō solē
 ni. **R**espectu vero octaue circūstantie
 p philosophū addite. scz circa qd. **C**er
 tū est q̄ machinamēta et deceptōes tende
 re et parare ad inducendā mulierē religio
 sam vel vxoratā in fornicatōnem ceteris
 alijs paribus/ est grauius peccatū q̄ ma

chinari ad inducendā ynam aliā omīno
 solutā. sic de similibz. **A**ddunt aliqui vl
 tra omnes predictas circūstantias ynam
 aliam scilz Quotiens. Circa quā dupli
 citer dici potest. Vno modo q̄ cū iuxta p
 mum triū modorū actū humanū attingē
 di supra factorū/ ipsa circūstantia. quoti
 ens. videat actum in se attingere p modū
 cuiusdā cōmensurationis tempis. potest
 ratōnabiliter intelligi et cōprehendi sub il
 la circūstantia. quando. Nec enī debite et
 sufficiēter potest siue in p̄fessione siue ali
 as. quātitas seu grauitas peccati p illam
 circūstantiā. quando. p̄quiri et haberi. vt
 puta scz quo tempe. qua die. qua horazc.
 peccatū factū sit. Quinetiā effectualiter di
 cti peccati quātitas et grauitas p dictā cir
 cūstantiā quotiens p̄quirat et habeat. vt
 gratia exempli Contingere potest immo
 frequēter cōtingit q̄ homo pluries idem
 peccatū. vt puta fornicatōnem. vel furtum
 cōmitter. vna vice tempe quadragesimali
 et die solenni. Et alia vice. alio tempore.
 et die nō solenni. Et sic de similibz val
 de quotidianis. Si igit debite et suffici
 enter ab isto p̄quirat et sciat quando tale
 peccatū cōmiserit. satis etiā sciet quotiēs
 ipse p̄miserit. Alio modo dicit q̄ proprie
 ista circūstantia. quotiens/ nō est nec di
 ci debet circūstantia. quia proprie nec actū
 in se/ nec causam ipius actus/ nec effectū
 ipius actus respicit. imo nec peccatū in
 se quoquo modo aggrauat. sed solum et p
 prie quandā reiteratōnem peccati plurali
 tatē peccatorū dicit. vt clare apparere po
 test p exemplū quod de ipa iuxta similitu
 dinem p̄cedentiū circūstantiarū poni po
 test. Certum est enī q̄ ceteris alijs paribz
 grauius est peccatū ter aut quat mulierē
 de fornicatōne vel adulterio sollicitare. q̄
 semel Et grauius ter aut quater insidias
 ad aliquē occidēdum tendere et parare q̄
 semel. Sed proprie ista nō vnum et idem
 peccatū sunt. immo plura. et proprie que
 dam reiteratio peccatorū. Florāter aut in
 premiffis exemplificatōnibz addita sunt
 illa verba. Ceterz alijs paribus. Nam cir
 ca casus premiffos et similes/ possent eti
 am alie circūstantie contingere seu occur
 rere que de se aliter qualitate et grauedine
 peccatorū predictorū disponerēt et causa
 rent. Nam quod bene aduertēdū est ex cō
 cursu pluriū circūstantiaz. circa aliquem.

Compendiū theologie

actum/potest maior eius bonitas vel malicia. maiusque meritū vel demeritū causari. Per predictas etiā exemplificationes poterit faciliter discretus et intelligēs de casibus qui sibi vel in propria persona vel in personis aliorum. ut puta in confessione aut alias contingere possunt diiudicare et discernere. Nam ut sepe in superioribus tactū est pro hoc quod etiā clarius dādo intelligi hic de ipsarum natura et qualitate circumstantiarum principaliter actū est. Ex concursu alicuius aut aliquarum circumstantiarum actus qui alias de se et suoque genere seu natura non esset nisi veniale peccatū/immo forsitan actus merito riuus. efficiat peccatū mortale. ut pluries exemplificatū est de verbo ocioso. occasioneque seu prouocatione risus. et de datione elemosine sine qua de se et suoque genere est actus merito riuus. Quibus si addatur et concurrat circumstantia illa respectu cause finalis seu intentionis actus de qua supra super illo verbo. Cur. Ut puta quod fiant ad prouocandū seu inducendū mulierē in fornicationem/efficiuntur peccata mortalia. Et similiter de alijs iuxta suū genus et naturā. ¶ Et hec quoad naturā. qualitatem. et numerū circumstantiarum. quātum huic tractatui congruere iudicatum est/dicta sufficiant.

k De diuersis nominibus peccati actualis et venialis.

Quo vero ad diuersitatem nominū que peccato actuali veniali per nonnullos secundum diuersas eius proprietates. operationes et effectus attribui solent/est aduertendū quod sicut in superioribus vbi de ipso peccato veniali agi incepit/dictū est. diffinitionē beati Augustini que peccato actuali mortali supra vbi etiam de ipso peccato mortali tractatū est. et eo quod in ipso est perfecta ratio peccati attribuitur/solere per aliquos peccato in generali et tanquam generi attribui. et sic quodāmodo secundum tamē maius et minus/posse ipso peccato veniali competere et conuenire. ita de nominibus nominūque diuersitate dici potest. quod scilicet in superioribus peccato mortali in se plura et diuersa nomina attributa sunt que bene communiter peccato in generali et tanquam generi attribui solent. et sic quodāmodo secundum tamen maius et minus/possent etiā ipsi peccato veniali attribui et conuenire. ¶ Sed ad clarius semper naturā et qualitatem pecca-

ti venialis cognoscendū recitabuntur hic aliqua nomina ipsi peccato veniali attribui solita. In quorum aliquibus cum ipso peccato mortali conuenit intelligatur per prius et principaliter ipsi peccato mortali competere. cum in eo ut tactū est perfecta ratio peccati consistat. et secundario ac minus principaliter. imo per quandā largam acceptationem ipsi peccato veniali. cum secundum beatū Thomam. non consistat in eo perfecta ratio peccati. imo solū quedā imperfecta. ¶ Potest igitur primo peccatū veniale nominari. et interdū ab aliquibus nominatur macula. et hoc quod maculat animam. Quod dicitur iuxta beatū Thomam. intelligatur non proprie loquendo sed solū secundum quod in quantum scilicet peccatū veniale impedit nitorem qui est ex actibus virtutum. Quia non diminit nitorem habitualem. nec enim habitū charitatis et aliarum virtutum diminuire habet. sicut facit peccatū mortale. ¶ Potest etiā nominari reatus ex eo quod ad penam obligat. sed hoc etiā ut iam statim tactū est intelligatur largo modo et quasi improprie. quod ad penam eternam precise non obligat. ut facit peccatū mortale. sed solum sub distinctione. Vel scilicet ad penam eternam vel ad penam purgatoriam. vel ad penam partialiter satisfactoriam. Quod capitulo imediate sequenti vbi de dicti peccati venialis effectibus agitur/later declarabitur. ¶ Potest etiā nominari per uariationem in quantum scilicet mandatum dei respicit quod transgrediendo peruariat. Sed similiter ut prius intelligatur largo modo et quasi improprie. quoniam peccatū veniale non facit directe contra legem dei et mandatum. sed bene propter. ut late in superioribus expositū est. ¶ Potest etiā nominari peccatū per ut et de facto nominatur. in quantum scilicet est conuersio ad bonū commutabile. sed ut etiā tactū est hoc largo modo et minus principaliter. Quia illa conuersio ad bonū commutabile non est cum totali et habituali auersione a bono incommutabili. sicut est in peccato mortali. Nam in isto peccato veniali/neque plus neque tantum diligitur ipsum bonū commutabile ad quod sic fit conuersio/sicut bonū incommutabile a quo fit auersio. ut bene ample et pluries in superioribus declaratū est. ¶ Potest etiā nominari nefas in quantum scilicet est illicitū persone pretranti. Sed ut frequenter dictū est. hoc etiam est largo modo sumendo et quodāmodo improprie. ¶ Plura alia possunt ipsi peccato veniali secundum diuersas eius operationes et effectus nomina attribui. interdū etiā per aliq-

attribuuntur. sed supra dicta satis sit terti-
gisse et declarasse. Sunt enim ea que magis
proprie sibi communi videntur et communi assu-
gnant. **P**eccata venialia intelligi p
lignu fenū et stipulā aliqui volūt. inter quos
sepe prefatus beatus Thom. sup illo quod
i. ad corin. iij. dicit aplos Quod aliqui sup fun-
damentū spūale edificāt aurum. argentū
lapides preciosos. Alij vero supedificāt li-
gnum. fenū. et stipulā. Et quod ille qui sup fun-
damentū spūale sic lignū fenū et stipulam
edificat saluus erit. sic tamē quasi p igne
id est patiet penā sed non eternā. intelligi
p ista tria vltima volūt peccata venialia.
Quod tamē sicut eundē doctorē proprie in-
telligi habet de ipis peccatis venialib' quod
admiscent se pcurantib' terrenis. Nam aliq
interdū peccata venialia se viris spūalib'
admiscent. sed quod leuissima sunt non pur-
gant p ignem. sed frequētissime p ipsum
feruorē charitatis. Talia igit' peccata ve-
nialia se terrena pcurantib' admiscencia
ideo p lignū fenū et stipulam significātur
quia sicut p dicta tria in domo cōgregan-
tur nec tamē ad substantiā edificij pertinet
immo cōburi possunt. edificatio nihilomi-
nus integro remanēte ita etiā peccata ve-
nialia multiplicari in hoīne possunt man-
ente spūali edificio. Et tunc p istis pati-
tur ignē. vel scilicet temporalis tribulatio in
hac vita. vel purgatorij si ipis nodū pur-
gatis decedat. sed tamē salutē cōsequetur
eternā. **D**icitur autē hmoi peccata ve-
nialia supedificari spūali fundamēto nō
quasi directe sup ipm. etenim sup bonum et
spirituale. malū proprie edificari non po-
test sed super. i. iuxta. sicut in simili ibi in
psal. dicit. Sup flumina babilonis etc. i.
iuxta flumina babilonis. Notāter etiā et
bene ad ppositū aliquorū infra tangēdoz
dicunt hmoi venialia peccata sic p lignū
fenū et stipulā significata spūali edificio
supedificari. Nam nisi spiritali edificio
supedificata essent. homo talia habēs nō
esset saluus sic quasi p ignem. Unū cū pecca-
to mortali et veniali simul decedēs. habet
quidē lignū fenū et stipulā. sed nō hz spi-
rituali fundamēto supedificata. Et ideo
talis nō erit saluus sic quasi per ignē. quod sim-
pliciter saluus non erit. **E**t important
tria predicta tres modos seu tres gradus
adherētie et grauitatis ipsoz peccatoz ve-
nialiu. tresq; modos seu gradus purga-

tionis eoz. propter quod generaliter omnia
peccata venialia cōplectunt et cōcernunt
quia nullū est quod nō sit alterius predicto-
rū triū modoz seu graduum adherētie et
grauitatis. Et quod non p aliquē dicto-
rum modoz seu graduū purgatiōis eti-
am purgetur Lignū etenim quod respectu
istoz triū diutius in igne manet signifi-
cat maiora. Stipula que citissime cōbu-
rit minima. Et fenū quod int ista duo se-
quasi mediocriter hz. significat mediocria.

De diuersis effe

Per effectus peccati actualis venialis.
Lures possent peccati venia-
lis effectus enumerari. put plu-
res existunt. ex quibus tamē per
doctores cōius assignātur quod sequūtur
Unus quidē quia ad penā obligat Non
autē vt statim supra tactū est quod ad aliquā
triū penarū p peccatis affligi solitariū scz
eterne vel purgatorie. vel in pnti seculo sa-
tisfactorie precise et determinate obliget. sz
bene sub disiunctiōe ad alterā scilicet earū.
Nam de peccato veniali hic. i. in hoc secu-
lo vel satisfactiōe hic nō facta in purgato-
rio si cū eo peccatū mortale nō existat vel
in inferno si cū eo etiā peccatū mortale exi-
stat satisfieri oportet. Et si hic in foro. s.
ecclie pntis homo satisfaciāt. leuiter satis-
faciet. Si vero in foro purgatorij satisfi-
cere expectet. grauitē valde puniet et sa-
tisfaciet. Si vero in foro inferni eum sa-
tisfacere oporteat. pro ipso etiam veniali
grauiissime puniet quia eternalit. Si ta-
men vt tactū est mortale cū ipso veniali
existat. i. quod homo cum ambob' decesserit
Et ad ppositū istarū trium punitionū
seu satisfactiōnū dari solet exemplū de mē-
sura vini quod in vno forsan loco valebit so-
lidū vnum. si pgradiat vltērius. repietur
valere solidos duos. si vero adhuc vltēri-
or fiat progressus repietur valere solidos
tres. Pena tamē in inferno pro veniali il-
lata incōparabiliter minor est quā ibidem
pro mortali illata. Unde dicit solet quod pe-
na in inferno pro mortali illata est sicut
soliditas. Illata vero ibidem pro veniali
est sicut superficies. In purgatorio autē p
veniali illata est sicut linea. In pnti vero
seculo pro veniali illata est sicut punctus
Unde sicut ista quatuor sunt adiuicem
iproporzionabilia. ita inter quatuor penas

Compendiū theologie

supra dictas improporcionabilis est dif-
ferētia. ¶ Secundus effectus peccati ve-
nialis est q̄ animā maculat. Nō sic iuxta
quod statim supra tractauim⁹ intelligat. q̄
sc̄z nitorē illū aīe qui ex actibus caritatis
z virtutū nascitur seu pcedit respectu illi-
us in quo incidit impedit. Et sic per in-
directū. maculā quandā in anima indu-
cit. Prout iuxta aliquos doctores potest
exēplū poni de imagine picta. que aliq̄n-
do denigrari potest intantū vt nullo mo-
do videri possit. Aliquādo vero sic solum
obscurat vt videri quidē possit sed nō ple-
ne discerni. Propter quā similitudinē dī-
cit beatus Grego. q̄ pct̄m veniale obscu-
rat. mortale vero obtenebrat. Respectu at̄
istius macle dīci solet q̄ in saluādīs/om-
ne peccatū veniale in p̄nti vita a gratia fi-
nali. i. que in finē habetur. alias saluandī
nō essent. delet. z hoc fm̄ aliquos quantū
ad culpā. sed non quantū ad penā. immo
pena illa in purgatorio soluet̄. ¶ Delet at̄
gratia finalis sc̄z que in morte habet̄ pec-
catū veniale in ipsa dissolutōne aīe z cor-
poris. q̄uis etiā forsan nō sit ad illō mo-
tus contritiōis pro istū directus. z hoc ex
virtute cōplexionis z sui status. Et fm̄ h̄
intelligit verbū August. q̄ dicit. q̄ in pur-
gatorio potest esse absolutio a pena z nō
a culpa. quod etiā similiter ab aliq̄bus do-
ctoribus dīci solitū est. S̄z modo cōiter
tenet̄ cum peccatū veniale ab hinc defera-
tur a multis quod etiā quātū ad culpam
in purgatorio purgari possit. Unde expo-
nēdo illō quod domin⁹ de quibusdā pec-
catis dicit q̄ nō remittunt̄ ne h̄c nec in
futuro dicit Grego. q̄ venialia dimittent̄
in futuro. Quod si intelligat̄ q̄ remittent̄
quantū ad penā tunc expositio sua in ef-
fectu nulla esset. Nam etiā mortalia quā-
rum ad penam q̄ pro eis soluta nō est ibi
dem purgātur. Ideo clarū est q̄ Grego.
intelligere voluit q̄ venialia in purgato-
rio quo etiā ad culpā purgētur. ¶ Tertius
effectus peccati venialis est q̄ feruorē
charitatis minuit. sicut videt̄ de aqua in
ignem proiecta q̄ licet ignē nō extinguat
feruorē tamen illius minuit z tempat. ¶
Quartus effectus pct̄i venialis est q̄ po-
tentias anime/in bonis laxat. sicut p̄ exē-
plum quādo imponit̄ onus super equū/
efficitur z reddit̄ minus p̄mptus et expe-
ditus ad ambulandū. ¶ Quint⁹ effectus

peccati venialis est. qd̄ retardat a gloria.
Nam cū homo decedit z possit si in eo nō
cēt̄ venialia/ statim ad celū euolare post
mortē/ propter ip̄a venialia cogetur ad tē-
pus in purgatorio expectare. Nunq̄ enī
facies dei ab aliquo videbit̄. donec soluat̄
minimū etiā peccatorū venialium q̄ dran-
tem. Oportet enī quēlibet ita mundū an-
te introitū paradisi esse. sicut fuit in inno-
centia baptismali. ¶ Sextus affect⁹ pec-
cati venialis est q̄ bona glorie celestis di-
minuit. Non q̄dem illa que iā debētur et
que iā homo ibi habet̄ p̄ meritū reposita.
Sed illa que deberētur si venialia nō fie-
rent. Nam illo medio tempe quo peccata
venialia fiūt possent aliqua bona fieri. q̄
cum nō fiant de tanto ip̄a gloria cēsetur/
effectualiterq̄ est diminuta. Propter eti-
am illoz venialium perpetratiōne/ oportet
opa quedā bona ad solutiōem et purgatiō-
nem h̄mōi venialium facere z cōuertere per
que valde accrescere potuissent/ accrescere
debuisset cumulus p̄mij eterni. ¶ Septi-
mus effect⁹ peccati venialis est/ qz venia-
lia sepe sunt occasio mortaliū peccatorū.
Et hoc inter alios quatuor modos. q̄ in
superioribus vbi de septē peccatis mortali-
bus tractari iēp̄t/ late expositi sunt. vbi
mōstratū est q̄ actus qui de se ex suis na-
tura est solum de genere peccati venialis/
potest vel ex cōscientie remorsu vel ex cō-
placētiā vel ex procliuitate. vel ex p̄gres-
su. peccatū mortale effici. ¶ Hoc autē eti-
am singulariter aduertēdū est. q̄ sicut ad
remissionē peccati mortalis erigit̄ deser-
tio actus peccati cum voluntate firmoq̄
proposito in posterum abstinēdi. sic simi-
liter peccatū veniale in p̄nti vita non di-
mittit̄/ nisi etiā actu et proposito defera-
t. ¶ Et hec quoad totalē materiā nature q̄
litat̄ z effectus peccati actualis venialis/
ac circa eam occurrētium/ quantū hunc
presētē istius libelli octauū tractatū cō-
cernere iudicatū est/ dicta sufficiant.

De secunda et vltima

diuisione peccati in genere seu tanq̄
generis que sumit̄ fm̄ ip̄ius peccati cau-
sam materialem.

Expeditis his que respectu pri-
me diuisionis peccati in gene-
re seu tanq̄ generis. que scilicet
fm̄ quandā peccati qualitātē z q̄ntitatē

sumebat et sumpta est dicenda occurrerent
 Hunc de sequenda et quo ad hunc tractatum
 vltima ipsius peccati etiam in genere seu
 tanquam generis diuisione. que scilicet secundum ipsius
 peccati causam materialē sumit/ aliquid etiam
 dicenda veniunt. Nec hic accipienda venit
 ipsa causa materialis proprie vt in rebus
 corporalibus seu materialibus fieri posset.
 sed solum per quādam similitudinē vt hic
 causa materialis dicatur illud in quo sit
 seu causatur ipsum peccatum.

De prosecutio et de

D claratio ipsius diuisionis.
 Iustio igitur est ista quod peccato
 rum alia sunt cordis. alia oris
 alia operis. Vel secundum alios aliquid
 sunt cogitationis. aliqua locutionis. ali
 qua operationis.

De peccatis cor

P dis seu cogitationis.
 Ecceata cogitationis seu cordis
 sunt hec Cogitatio. delectatio.
 consensus. desiderium mali. volū
 tas perversa. infidelitas. supstitutio. indeuo
 tio. presumptio. despectio. timor male humili
 lians. amor male accendens. prudentia car
 nis. suspitio. inuidia. ira. odium. timor ser
 uilis. exultatio in aduersis proximorum. dolor
 de eius prosperis. contemptus pauperum
 contemptus peccatorum. personarum acceptio
 perfidia. affectus carnalis parentum. inepra
 leticia. seculi tristitia. impatientia. auari
 cia. sollicitudo temporalium. superbia. ppe
 litas. obstinatio. malicia. redium boni. ace
 dia. inconstantia. penitentia penitentie. do
 lor quod amplius non est male factum. hypocri
 sis. amor inordinatus placendi. timor di
 splicendi. verecundia de bono opere. amor
 priuatus. sensus singularis. ambitio di
 gnitatum. vana gloria de bonis nature/
 vel fortune vel gratie. verecundia de pau
 peribus amicis. contemptus ammonitionum
 immisericordia.

De peccatis oris

P seu locutionis.
 Ecceata oris seu locutionis sunt
 hec. Trebza iuratio. piurium.
 blasphemia. nomen domini irre
 uerenter assumere. veritatem impugnare. de
 um de aura iudicare. contra deum murmura

re. irreuerenter horas dicere. detractio. adu
 latio. mendacium. vituperium. maledictio
 infamatio. contentio. conuatio. impugna
 tio veritatis agnita. impugnatio charita
 tis fraternae. seminatō discordie. proditio
 falsum testimonium. mala consilia. derisio
 contradictio obediētie. inuertere facta bo
 na. in ecclesijs placitare. ad iram hominē
 prouocare. reprehendere in alio quod ipse
 facit. vaniloquium. multiloquium. stultiloqu
 um. verba ociosa. vel supflua. vel curiosa
 proferre. iactantia. verborum politio. pecca
 torum defensio. clamor. risus. cachinnus
 turpiloquium. lenocinium. cantilenas secula
 res cantare. in cantu diuino magis stude
 re vocem frangere quam deuote psallere. mur
 murare. verba secularia proferre. in iniu
 sta causa aduocare. malum commendare.

De peccatis ope

P ris seu operationis.
 Ecceata autem operis seu opatio
 nis sunt hec. Bula. luxuria. eb
 eras. sacrilegium. symonia. sor
 tilegia. violatio dierum solennium. indigne
 communicare. votorum fractio. apostasia. dis
 solutio in officio diuino. scadalifare sub
 exemplo malo. proximum corrumpere. lede
 re hominē. vel in rebus vel in persona vel in
 fama. furtum. rapina. usura. deceptio. lu
 dus. venditio iusticie. extractiones indebi
 te. ac telonea iniusta. ascultare mala. io
 culatoribus dare. necessaria sibi subtrabe
 re. supflua sumere. ultravires quippiam ag
 gredi. consuetudo peccandi. recidiuatio. si
 mulatio. tenere officium ad quod non sufficit
 vel quod sine peccato non agitur. choreisare. no
 uitates iuenire. maioribus rebellare. mi
 nores opprimere. delinquere visu. auditu. ol
 factu. tactu. gustu. lucta. osculis. muneribus.
 nutibus. mandatis. scripturis. circumsta
 tiis aggrauantes admittere. que sunt rem
 pus. locus. modus. numerus. persona. mora.
 scientia. etas. seipsum ad peccandum cogere
 seu inducere.

De peccatis omis

P Ecceata omissionis que (sicut
 etiam vt faciliter debite considerari
 ti apparere potest/ ad tria respe
 ctu quorum precedens diuisio su
 mit/ vel scilicet ad cor seu cogitationem/ vel os
 seu locutionem/ vel opus seu operationem pertinent

Opusculū Tripertitum

sunt hec **D**e deo nō cogitare. ipm nō timere vel nō amare. grās sibi de beneficijs nō agere/opa que fiūt/ ad ipm nō referre. de peccatīs sicut deberet nō dolere. ad gratiā recipiendā nō se preparare. gratia accepta nō vti nec eam cōseruare/ ad inspirationē diuinā nō se cōuētere. voluntariem suam/ volūtatē diuine nō conformare. ad orōes dicendas nō attendere. orōnes debitas omītere/ ea ad que dēs vel voto vel precepto vel officio tenet negligere. cōiōnem et cōfessionē semel in anno nō expectere. parētes nō honorare. seipsum nō cognoscere et reprehēdere. cōscientiā suā negligere. ecclias et predicatōes fugere. tentatōnibz nō resistere. penitētiās iniūctas negligētē facere. ea q̄ statim faciēda sunt differre. bonis pximi nō cōgaudere. et malis eius nō cōdolere. iniurias nō remittere. fidē pximo nō seruare. et bñficijs ei⁹ nō correspondere. delinq̄ntes nō corripere. litrem nō sedare. ignorātes nō instruere. afflictos nō consolari. ammonitiōibz nō acquiescere. pauca et forsan nulla alia reperiri posse credūtur peccata. que nō sub predictis effectualiter cōphendātur et includātur. vel ad ea reducibilia sint.

Quando peccata predicta mortalia sint vel venialia.

Quando autē peccata predicta mortalia vel solū venialia existant/ facile est ex supius tractatis cognoscere examinādo scilz sit apud se. sit apud aliū/ modos ea faciēdi et cōmittēdi. intētiōneqz seu finē propter que sunt. ac remorsum cōscientie. q̄ de ipsis habet. cum alijs circūstātijs circa ea occurrētibz. de quibz late supius actū est.

Et hec quo ad secundā et vltimā ipius peccati in genere seu tanq̄ generis diuisionem dicta sufficiant.

Quare multa in

hoc cōpendio precipue in octauo tractatu/ late et plane dicta sint et exposita.

Potuisent nonnulla in hoc libello et precipue in octauo et vltimo tractatu in materia scilicet peccatorū tractata breui⁹ et cōpēdiosius dici. sicut frequēter in superioribz tactū est/ libell⁹ iste nō sciētificis. libz oisqz facili⁹ pcurare valētibz cōpositus est. sed

mediocribz et cōiōribz. ac eis q̄bus non facili⁹ libz ori copia suppetit. Quibz expēdiēs et forsan necesse fuit ea que hic dicta sunt/ et maxime circa difficiles materias/ p reiteratōes et latas repetitiōes. nec non materialia q̄dam exēpla q̄si palpādo et p quādā manu ductiōnē dare intelligi. Alio q̄n nō facile forsan fuissz pluribus cōprehendere. Sicqz predicta apd eos nullū fructū nullūqz pfectū afferre potuissent.

Remissio ad docto

Qui tñ āpliora videre voluerit/ vel clarius de premissis materijs informari/ habeat frequēter allegatos doctores beatum Thomā et alios in superioribus notatos. Et precipue in eorū libz et tractatibus supius etiam designatis.

Explicit cōpendiū theologie.

Epistola domini

Johānis de Berson ad quendā ep̄m sup opusculo triperto plebibus publicando

Reuērende in xpo p̄r. ac dñe metuende. p̄grit dñs p p̄bē tā vltimā. Propterea inq̄r dicitur est p̄pls me⁹ in captiuitate. qz nō habuerunt sciām. et nobiles ei⁹ interierūt fame et mltitudo ei⁹ siti exaruit. Hec scia nō alia accipiēda est quā cognitio legis dei et suoz mādatoz/ ad salutē p̄sequēdā necāria/ siue pficiens. de q̄ itidē scia vey est illd applicū. ignorās ignorabit. nā cū qliber alia ignorātia p̄stare sal⁹. Et qm̄ multi sunt ex simplicibz/ q̄bz nō predicat verbū/ aut non talit̄ p̄dicat q̄ ad p̄fatā sciām deueniāt. agēte h̄ vel ignorātia vel negligētia p̄dicatū. cōmodū fore existāui si velut in tabula q̄dā tenorē n̄re legis et suoz p̄ceptoz remēora tōnē sentētioso p̄pēdio depingerē. aut relut ī breui spēdo cernētibz obijcerē. q̄tin⁹ ipsi hērent curati min⁹ instructi aliq̄d solū dū/ et aptū qd ī toto vel p̄ptes diebz dñic⁹ et festiuis legere possent suis plebibus vt sciret et intelligeret ad qd et p̄pter qd et a q̄ facte sunt. qd insup credere. qd ageret qd obmittere diuina lege tenet et quē ad modū a p̄ctō resurgere. Et forsan sile op⁹ attēratū est iā a p̄tioribz. et salubriori breuitate cō